Item, o que dizem em seu favor, que o seu nome fora escrito no livro do profeta Habacuc, III<sup>(1)</sup> "Deus vem de Temam e o Santo do monte Faran (b)", não pode convir a Maomé. Porque nem foi Deus, nem Espírito; pelo contrário, foi pecador e imundo. Com efeito, foi voluptuoso, usurpador dos bens alheios e assassino sem justiça, como se depreende das histórias e gestas escritas sobre ele. Nem veio do monte Faran. Veio antes, do monte Meca. Na verdade, o monte Meca, de onde ele proveio, chama-se Tayquia,<sup>(2)</sup> tal como se diz no livro Hayin<sup>(3)</sup>. Ora Faran, que afirmou ser o monte Meca é na entrada da Terra Prometida,<sup>(4)</sup> como se diz no IV livro de Moisés, no capítulo II<sup>(5)</sup>. Meca, porém, dista da Terra Prometida, através das longas distâncias terrestres, um mês ou mais de caminho. Ora a profecia aduzida convém verdadeiramente a Cristo, como se vê pelos antecedentes e pelo que segue.

Item, o que dizem<sup>(6)</sup> que Cristo profetizou acerca no Evangelho, quando prometeu aos discípulos enviar o Paráclito, querendo identificar Maomé com o Paráclito.

(1) *Habc.* 3,2. At-Tabarī (m. 923), no cap. 22 do *Kitāb al-dīn wa-l-dawla* aplica esta profecia a Maomé.

(2) Tayquia é, certamente, uma má leitura dos *mss.* O monte referido pelo texto é o *Hira*, nas imediações de Meca, para onde Maomé se retirou e onde recebeu a inspiração dos primeiros tempos. O *ms R*, sem ter seguido ler a verdadeira palavra, sugere-a, na sua grafia indefinida.

(3) Não foi possível identificar esta fonte.

(4) O A. tenta desmitificar esta suposta profecia em relação a Maomé. Com efeito, o monte Faran ou Parān foi uma estação dos israelitas no deserto, depois de deixarem o Egito; aí teve lugar uma teofania de Javé (*Deut.* 33,2). Estava situado junto a Seir (Edom), muito longe do monte Hira, na Arábia, de onde procedia Maomé.

(5) *Num.* 13,27.

(6) Nos sécs XII e XIII, os cristãos eram acusados de terem suprimido o nome de Maomé do Evangelho. Esta acusação apoiava-se em *Co.* 61,6, que parafraseia *Jo.* 14,26: "... Eu sou o Enviado que Deus vos mandou para confirmar o Pentateuco que me procedeu, e anunciar um Enviado que virá depois de mim. O seu nome será Ahmad".

O pensador Quādī 'Iyād (m. 1149) e al-Qārafī (m. 1285) fizeram listas de profecias bíblicas anunciando a vinda de Maomé, listas que foram completadas e aproveitadas pelos muçulmanos contra os cristãos.

Hoc non potest stare, quoniam Jo(an<sup>i</sup>ne) 14, promisit et dedit Dominus Paraclitum Apostolis, quorum tempore non uenit Machometus, dicens: *Paraclitum autem Spiritus Sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille uos docebit omnia.* Unde cum Paraclitus sit Spiritus Sanctus, qui docuit Apostolis omnia, non conuenit Machometo, 5 ut dicatur Paraclitus, cum nec Spiritus Sanctus fuerit, qui est Deus, nec Aposto-  
los docuerit.

Item Paraclitus idem est quod consolator, quod Machometus non fuit, ymo desolator, quia uenit cum gladio cogens homines ad suscipiendam sectam suam, quod nec Deus facere uoluit, cum hominem creauerit liberum, et sue uoluntatis, nec aliquis 10 Propheta uel iustus unquam hoc attemptauerit, sicut patet legentibus gesta antiquorum.

Item Spiritus Sanctus non uidetur ab hominibus mundanis, nec scitur ab eis. Unde Jo(anne) 14: *Ego rogabo patrem, et alium Paraclitum dabit uobis, et maneat uobis cum in eternum, Spiritum ueritatis, quem mundus non potest accipere, quia non ui-*

\* \* \*

Hoc] *add.* autem B B<sup>1</sup>/ promisit et dedit Dominus] promisit Dominus et dedit C C<sup>1</sup> B<sup>1</sup> Ed.; Dominus promisit et dedit B //2-3 dicens...Sanctus] *om.* B B<sup>1</sup> Ed. //3 Sanctus] scilicet R/ cum] *om.* C //5 ut dicatur Paraclitus] *om.* B B<sup>1</sup>; *add.* quod C C<sup>1</sup>/ fuerit] fuit C B<sup>1</sup>/ qui est Deus] *om.* B B<sup>1</sup>/ neq] *add.* eiam B B<sup>1</sup> Ed. //6 docuerit] docuit C C<sup>1</sup> B<sup>1</sup> //7 idem] id est B/ quod] *om.* B/ ymo] Machometus ymo fuit B; sed potius Ed. //8 ad suscipiendam suam sectam] ad suscipiendam suam legem aut sectam R; suscipere sectam suam C C<sup>1</sup> B B<sup>1</sup> Ed. //9 creauerit liberum] *tr.* R //10 unquam hoc] unquam C; *tr.* B<sup>1</sup>; haec unquam Ed./ attemptauerit] acceptauerit R; adtemptauit B, *et* R //12 indetur] dicitur R/ mundanis] humanis B<sup>1</sup> //13 14] quarto decimo B; XIII *Exp.* //13-2 et maneat ...erit] *om.* B //14 Spiritum] Spiritus C.

Isto não pode sustentar-se porque em João, XIV<sup>(1)</sup>, o Senhor prometeu e deu o Paráclito aos Apóstolos, no tempo dos quais não veio Maomé, dizendo: "Mas o Paráclito, o Espírito Santo, que o Pai enviará em Meu nome, esse ensinar-vos-á todas as coisas". Já que o Paráclito é o Espírito Santo, que ensinou todas as coisas aos Apóstolos, não convém a Maomé, para que se chame Paráclito, pois nem foi Espírito Santo, que é Deus, nem ensinou os Apóstolos. <sup>(2)</sup>

Item o Paráclito significa Consolador, coisa que Maomé não foi; pelo contrário, foi desolador, porque veio com a espada e obrigou os homens a receber a sua seita, o que nem Deus quis fazer ao criar o homem livre e <senhor> da sua vontade, nem qualquer Profeta ou justo alguma vez tentou, como é evidente aos que lêem as gestas dos antigos.

Item o Espírito Santo não é visível nem conhecido pelos homens mundanos. Daí João, XIV<sup>(3)</sup>: "Eu rogarei ao Pai e Ele vos dará outro Consolador, para estar convosco para sempre, o Espírito da Verdade, que o mundo não pode receber porque não o vê

(1) Jo. 14,26.

(2) A identificação islâmica do Paráclito prometido por Cristo com Maomé foi e ainda continua a ser um dos pontos mais debatidos no diálogo islamo-cristão. Sobre ele há uma bibliografia tão longa que seria inoportuno citá-la aqui.

No tempo de S. João Damasceno, ainda os muçulmanos não falavam de profecias referentes a Maomé ("Tunc prae pudore silent" De Haer., PG, 94, col. 767). No tempo do seu discípulo Abū Qurra já falavam de profecias mas sem explicitarem estas. Deve ter sido Ibn Ishāq, em meados do sec. VIII, o primeiro a fazer a associação Paráclito - Maomé, na *Sīra*, que recebera de Ibn Hicham. No final desse século, al-Mahdī (m. 785), ao discutir com o patriarca Timóteo, faz a aplicação da profecia joanina a Maomé. No século seguinte, era um ponto generalizado do diálogo religioso, quer entre os cristãos, quer entre os muçulmanos. É a partir de então que se multiplicam as explicações filológicas tendentes a fazer derivar Ahmad de Paráclito através do grego *peryclytos* = o louvado = Ahmad, em vez de *Paracletos*.

(3) Jo. 14,16-17.

det eum, nec se~~it~~ eum. Uos autem cognoscetis eum, et apud uos manebit, et in uobis erit. Ecce per ea que hic dicuntur patet manifeste, quod nullo modo potest dici Machometus Paraclitus, cum non fuerit datus Apostolis. Inter eos enim et ipsum fluxerunt prope DC anni. Nec fuit consolator, sed potius desolator. Nec fuit Spiritus Sanctus, qui uideri non potest, sed potius corporalis et uisibilis. 5  
Explicit tractatus contra Machometum.

\* \* \*


et<sup>1</sup>] quia B<sup>1</sup> //1-2 manebit...erit]om. B<sup>1</sup> //2 hic]om. C C<sup>1</sup>/ patet manifeste]tr. B  
B<sup>1</sup> //2-3 potest dici Machometus]Machometus potest dici B add. nec Spiritus Sanctus  
B B<sup>1</sup> Ed.; add. sicut C //3 fuerit datus]om. C; fuit datus C<sup>1</sup> B/ eos enim]tr. C C<sup>1</sup>  
//4 fluxerunt]effluxerunt Ed./ prope]uero B/ DC] C C R;/ nec]neque Ed./ fuit]om. Ed.  
//5 uideri non potest]non potest uideri C C<sup>1</sup> B B<sup>1</sup>/ potius]add. fuit B/ uisibilis]  
add. et eciam fedus et uilis, sicut patet in omnibus supradictis C C<sup>1</sup>; uilis et fe  
dus, ut patet in omnibus supradictis B; uilis et uedus, ut patet in omnibus supra  
dictis B<sup>1</sup> //6 Explicit...Machometus]Explicit tractatus de Ortu, processu et actibus  
(s.u. actionis C) Machometi C C<sup>1</sup>; Explicit etc. Deo Gracias B; Explicit de proces  
so, ortu et actibus Machometi. Anno Domini 1463. Saboia post Johannis Baptiste B<sup>1</sup>.




nem o conhece. Vós porém, conheci-Lo e habitará convosco e estará em vós. Através do que aqui se diz, vê-se claramente que Maomé não pode de modo algum chamar-se Pa<sub>r</sub>áclito, já que não foi dado aos Apóstolos. Com efeito, entre estes e ele passaram perto de seiscentos anos. Nem foi consolador, mas antes desolador. Nem foi Espíri-  
to Santo, o qual é invisível, mas antes corporal e visível.

Termina o *Tratado contra Maomé*. (1)

(1) O *Explicit* é a conclusão do capítulo em que está inserido e não da globalidade, que mostra, uma vez mais, que a 2ª Parte é um apêndice pré-redigido, que foi incorporado nesta obra, como teremos ocasião de verificar noutra lugar.



## **ANEXOS**



ANEXO 1

fl.151vb

INCIPIT TRACTATUS SEU DISPUTATIO FRATRIS RICOLDI FLORENTINI  
ORDINIS FRATRUM PREDICATORUM, CONTRA SARACENOS ET ALCHORANUM

CONTRA MAHOMETUM ET LEGEM EIUS

Alius Modus Procedendi, Secundum FRATREM RAYMUNDUM YSPANUM,  
Ordinis Fratrum Predicatorum

*Attendite a falsis prophetis; a fructibus eorum cognoscetis eos. Fructus seu signa ex quibus cognosci potest propheta verus a falso, sunt IIII<sup>or</sup>.*

Primum signum est, quod sit verax. Ostenditur hoc ratione et auctoritate. Ratione, sic: Deus est |summa|<sup>a</sup> et purissima veritas. Ergo ab eo mandacium non potest procedere. Nuncius autem eius vel propheta ab eo missus, in quantum talis, non potest aliud dicere, nisi quod a mittente est inspiratum vel mandatum, et hoc non potest esse nisi |verum|<sup>b</sup>. Ergo verbum prophete erit |verum|<sup>c</sup>, alioquin convin-  
citur non esse nuncius Dei.

Auctoritate, sic: Deuter(onomius) XVIIII: *propheta qui arrogancia deprauatus voluerit loqui in nomine meo, que ego non precepi illi vt diceret, aux ex nomine alienorum deorum, interficietur. Quod si tacita cogitatione responderis, et non possum intelligere verbum, quod non est locutus Dominus, hoc habebis signum: quod in nomine Domini propheta ille predixerit, et non evenerit, hoc Dominus non est locutus, sed per |tumorem|<sup>d</sup> animi sui propheta confinxit; et idcirco non timebis eum (1).*

152ra **Secundum**, cum dixit signum esse, quod sit virtuosos et sanctus, non malus et facinorosus. Ratio: certum est quod a Deo, qui ~~est summum bonum et summa mun-~~ dicia, relegata est omnis immundicia et omne peccatum, et vult quod omnes, et maxime nuncii sui, in sanctitate ipsum imitentur, iuxta illud Leu(itici):/ Sancti

\* \* \*

(1) Deut. 18, 20-22

\_\_\_\_\_  
\*

(a) summe; (b) verus; (c) verus; (d) timorem

estote, quia ego sanctus sum [1]. Et immo, quicumque est propheta vel nuntius eius, forcius tenetur habere mundiciam et sanctitatem.

Auctoritate: Ps. (almus): *ambulans in via immaculata hic michi ministrabat*, [2] et Pe(trus) I: *non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia; sed |Spi-ritu Sancto|<sup>a</sup> inspirati, locuti sunt sancti Dei homines* [3].

Tertium signum est, quod faciat miracula. Ratio: licet talis sit verax et virtuosus, si non facit miracula, non ostendit se a Deo missum, quia miracula non potest operari homo in quantum homo. Sed quia miracula operatur, ostendit diuinam sibi virtutem adesse.

Quartum signum est, quod legem asseret uel doceat sanctam, inducentem populum ad Dei cultum et sanctitatem vite et caritatem et pacem, iuxta illud: *Lex Domini immaculata conuertens animas* [4]. Talis fuit lex mosayca et euangelica, ut patet in eis. Ideo quicumque hiis quatuor signis caret, recipiendus non est tamquam Dei nuntius, immo sicut falsus propheta uel nuntius ab omnibus est spernendus.

Nunc igitur ostendemus quod Mahometus non solum non habuit quatuor predicta, sed etiam contraria habuit manifeste.

Primo enim, fuit mendax, ut patet per verba ipsius, [que]<sup>b</sup> fuerunt partim vera, partim falsa, ut per admixtionem verorum posset falsa efficacius suadere. *Nulla enim falsa doctrina est, que non aliqua <vera> intermisceat* [5]. Multa enim bene de Christo locutus est, et de Beata Virgine, de Moyse et de Apostolis, ut patet in Alchorano. Similiter et multa falsa dixit/ ibidem, scilicet in tractatu Tharim, id est Prohibitionis, ubi dicit quod Beata Virgo Maria fuit filia Abram, et quod fuit soror Aaron [6]. In tractatu Marie, <quod beata Virgo fuit filia Abra-<sup>(7)</sup> am et soror Aaron >, que omnia falsa sunt. Item de seipso dixit in tractatu Arafat,

\* \* \*

(1) Lev. 11,44

(2) Ps. 100,6

(3) II Pet. 1,21

(4) Ps. 18,8

(5) BEDA VEN., *Commenti in Lucam*, Lib.5, cap.17, v.12

(6) Co. 66,12

(7) Co. 19,28

\_\_\_\_\_\*

(a) Spiritus Sanctus; (b) qui

XVI capitulo: illi qui <sequuntur> nuncium et prophetam ydiotam, inveniunt eum scriptum in Lege Moysi et in Euangelio<sup>(1)</sup>, quod falsum est.

Item dicit in Alchorano, in tractatu Mulierum, inducens Judeos loquentes de Christo: Nos interfecimus Messiam, Iesum filium Marie, nuncium Dei, et non interfecerunt eum, neque crucifixerunt eum, sed assimilatum fuit eis<sup>(2)</sup>. Hic negat passionem et mortem Christi, et hoc patet esse falsum per libros Prophetarum, in Evangelios, per dicta Apostolorum, per reuelaciones antiquorum, et per signum crucis, quod est memoriale passionis Christi.

Item per sepulcrum Christi, quod ipsi sarraceni custodiunt. Confitentur enim illud esse sepulcrum in quo corpus Christi mortuum requieuit.

Et dixit in Alchorano, in tractatu Mulierum, cap. (itulo) IX: Nunquid vultis dirigere illos, quos Deus ponit in errore<sup>(3)</sup>? Non inuenies inter illos, quos Deus ponit in errore<sup>(4)</sup>.

Item in libro quod dicitur Bohari, in capitulo Predestinacionis, quod Deus scripsit super hominem partem suam de luxuria, et necessario oportet ipsum consequi illam partem<sup>(5)</sup>. Unde per hoc et alia multa, ostenditur quod Deo attribuit, quod ponit homines in errorem et quod necessario fornicentur, et hoc est falsum et blasphemia Dei. Gen. (esis) IIII: [Sub te]<sup>a</sup> erit appetitus eius, et tu dominaberis illius<sup>(6)</sup>. Et propter hoc, pulcre dixit quidam sapiens sarracenorum: / si Deus prohibet me a peccato, et postea compellit ad illud, et dampnat me propter illud, ego sum primus qui dico, quod qui facit hoc, non est Deus, sed Dyabolus<sup>(7)</sup>.

\* \* \*

(1) Co. 7,156/157

(2) Co. 4,156/157

(3) Co. 30,39

(4) Co. 5,108; cfr. *ib.* 2,264

(5) Bu. 82,9

(6) Gen. 4,7

(7)

\*

(a) subters (?) te;

Item dixit in Alchorano, in tractatu Errahem, id est, Misericordis, ybi describit paradysum in aliam vitam, quod ibi eunt fontes, fructus, uxores, tapecia de serico et puella virgines, cum quibus concumbent, et non fedauerunt illas puellas ante eos homo vel Dyabolus<sup>(1)</sup>.

Et dixit in Alchorano, in tractatu Alquitel, id est, Pugne, quod in paradiso erunt riui aque incorrupte et riui lactis, cuius sapor non immatabuntur, et riui vini, quod erit delectabile bibentibus, et riui mellis collati, et habebunt ibidem de omnibus fructibus<sup>(2)</sup>.

Item dixit in Alchorano, in tractatu Nel Murtileth, vltimo capitulo, quod timentes Deum eunt in vmbriis et in fontibus, et habebunt fructus, quos concupiscent, et dicetur eis: Comedite et bibite sine perturbacione, secundum quod operati estis<sup>(3)</sup>. Per hec et alia multa, ostenditur quod creditur <et> quod predicavit, quod beatitudo eterna consistit in cibo et potu, coitu et delectacionibus corporalibus, quod patet esse falsum. Gen.(esis): Dixit Dominus ad Abraham: Ego, Dominus, ero merces tua magna nimis<sup>(4)</sup>. Et Ysa(ias): Oculus non vidit Deus absque te, etc.<sup>(5)</sup>. Luc(as): In resurrectione, neque nubent etc., sed erunt sicut angeli Dei in celo<sup>(6)</sup>. Item (Jo(anis) XVII: hec est vita eterna: ut cognoscant te solum verum Deum, et quem misisti Ihesum Christum<sup>(7)</sup>.

152vb Item dixit in libro Boahri, in tractatu Creacionis, loquens <de> demonibus, dicit suis, quod in ortu solis uel in occasu eius/ non faciunt oracionem, quia sol ascendit vel oritur inter due cornua diaboli, et occidit similiter<sup>(8)</sup>, quod patet falsum esse, et quia Dyabolus spiritus est, te cornua non habet, et propter magnitudinem solis.

\* \* \*

(1) Co. 55, 46-46

(2) Co. 47, 16/15

(3) Co. 77, 41-43

(4) Gen. 15,1

(5) Is. 64,4

(6) Luc. 20,35

(7) Yo. 17,3

(8) Bu. 59,11,5



Item mandauit quod biberent et comederent cum manu dextera, quia Dyabolus manducat et bibit cum manu sinistra.

Et dixit quod canis niger est Dyabolus.

Item dixit in tractatu[Demonum]<sup>a</sup> cap. I et II, quod quedam congregacio demonum audivit ab eo Alchoranum, et aliqui ex eis crediderunt, et facit sunt saraceni<sup>(1)</sup>. Et hoc idem lacius dicitur in libro qui dicitur[Muslim]<sup>b</sup> ubi dicitur quod ipse Machometus legit Alchoranum demonibus, quod cum audierunt facti sunt saraceni. Quo facto, pecierunt viaticum. Qui dixit eis, quod omnia ossa, que possent habere, essent viaticum eorum, et quod omne stercus caprarum vel ouium esset anona bestiis eorum. Et ideo prohibuit saracenis, vt non tergerent inferiora sua cum ossibus, quia illa sunt cibus fratrum eorum, scilicet Demonum<sup>(2)</sup>. Que omnia falsa et ridiculosa esse, homo intelligens non ignorat.

Item in libro qui dicitur Muslim, loquens de die iudicii, dixit: *antequam veniant centum anni non remanebit super terram anima nata, id est, aliquis vivens*<sup>(3)</sup>.

Item alibi, dixit Axa, quod quidam arabes veniebant ad[prophetam Mahometum]<sup>f</sup> et interrogabant eum de die iudicii, et ipse, aspiciens minorem in etate, dixit: *Si vixerit iste, non perueniet ad decrepitam etatem, donec sit dies iudicii*<sup>(4)</sup>.

153ra Que omnia falsa/ sunt, nam postea fluxerunt anni 800.

\* \* \*

(1) Co. 72, 1-2

(2) Mus. 180, 903

(3) cit. errada. A *Contrarietas Elpholica* que cita esta passagem e que, provavelmente, serviu de fonte a esta obra, atribui-a a "in historiis aprobatis";  
*Bibl. Nac. Paris, Ms. Lat. 3394, fl. 254v.;*

(4) Mus. 714 e 7050

\*

(a) Commonum; (b) Misterium; (c) prophetas Mahometi

Item in libro quod dicitur Bohari, loquens de musca, ait:

*Quando ceciderit musca in vas, submerge eam ibi, quia in vna ala portat venenum, et in alia medicinam; et ponit ante alam in qua est venenum, deinde alia<sup>(1)</sup>.*

Item dixit in eodem libro, quod dicitur Bohari: *quando gallus cantat, videt angelum; quando asinus rudet, videt Diabolum<sup>(2)</sup>.* Hec autem omnia videntur potius verba stulti, vel delusoris aut jocularis deridentis homines, quam verba prophete vel nuncii Dei. Et sic, per hec et alia multa, apparet quod fuit mendax et falsus, et sic defuit ei primum, scilicet quod sit verax in dictis suis.

Secundo. Non solum non fuit sanctus, sed malus et facinorosus. Dicitur enim in libro Buari, quod circumibat mulieres suas, iacendo cum eis in una hora noctis uel diei; et erant XI. Nam virtus XXX virorum fuit ei data in coitu<sup>(3)</sup>.

Item dicitur in eodem libro, quod dixit Axa vxor eius: *ego et propheta lauabamus nos in vno vase simul, et eramus polluti. Et mandauit michi, vt cingerem me cum lintheamine, et sic iacebat mecum, et eram menstruata<sup>(4)</sup>.*

Item dicitur in Alchorano, in tractatu Elhaaseb, IIII capitulo. Dixit Mahometus quod Deus, loquens, ait: *Nos licenciamus tibi vxores tuas, quibus debes dare sponsaliciam, et omnes ancillas tuas, quas tibi Deus dedit, et filias patru tui, et filias amitte tue, et filias avunculi tui, et filias matertere tue, que secute fuerunt te. Omnis mulier credens, si obtulerit corpus suum, siue seipsam Prophe<sup>te</sup>, si voluerit propheta coire cum ea, liceat hoc impune, [sed]<sup>a</sup> tantum tibi, et non aliis credentibus. Et post pauca dabis spem quibus volueris, de hiis que offerunt se, et recipies quas volueris; et si appetis de illis quas dimisisti, non est tibi peccatum<sup>(5)</sup>.* Et propter hoc multe mulieres offerebant seipsas, vt probatur per hoc, quod dicitur in libro Bohari, in tractatu Expositionis Alchorani.

\* \* \*

(1) Bu. 59, 17, 1; cfr. ib. 52,53 e 76,58

(2) Bu. 59, 15, 4

(3) Bu. 5, 12, 2; cfr. ib. 66, 102

(4) Bu. 6, 5, 1; cfr. ib. 6,4,21,22; 5,9,3; 5,21; Co. 2,222

(5) Co. 33, 49/50-51; cfr. ib. 4,26

\_\_\_\_\_\*

(a) seu

Dixit Axa: Ego zelabam contra illas mulieres, que seipsas offerebant nuncio Dei, et dicebam: mulier offert seipsam prophete. Sed postquam Deus dedit istam legem, scilicet quod Machometus daret spem quibus vellet, et reciperet quas vellet, dixi Mahometo: video Dominum Deum tuum velociter implentem desiderium tuum<sup>(1)</sup>.

Item in eodem dixit, quod vxores sue erant matres saracenorum<sup>(2)</sup>.

Item in eodem dixit: non licet vobis nocere prophete, nec licet vobis ducere vxores eius post eum in vxores aliquo modo, quia istud est magnum quid apud Deum<sup>(3)</sup>.

Item tangitur in Alchorano, in tractatu Prohibicionis, in principio, et in glosa que est ibi, quod quidam presentauit Machometo quandam mulierem captiuam, nomine [Maria]<sup>a</sup>, qui assumpsit eam in concubinam. Dum autem semel concubuisset cum ea, in domo vxoris sue, nomine Hafza, superuenit ipsa uxor, et videns hoc, redarguit eum eo quod in loco suo talia faciebat. Qui respondens, volens placare/ eam: *placet tibi, quod abstinenceam ab ea? Que ait: ita.* Et ille iuravit quod ad ipsam ulterius non accederet. Et mandauit quod secretum teneret. Postmodum iterum coiuit cum ipsa concubina<sup>(4)</sup>. Et dixit in Alchorano, quod Deus constituerat eis, scilicet saracenis, satisfaccionem iuramentorum suorum<sup>(5)</sup>. Hoc est, quod possint venire contra iuramentum, cum compensatione, de qua infra dicetur.

Item dicit in Alchorano, in capitulo Alfata, quod Deus pepercit ei peccata preterita et futura<sup>(6)</sup>.

Item dicitur in libro Bohari, quod dixit Mahometus: *Rapine licenciatae sunt michi et non fuerunt licenciatae alicui ante me*<sup>(7)</sup>.

\* \* \*

(1) Bu. 65,6,1; cfr. *ib.* 65,33,7; Co. 33,49-51

(2) Bu. 65,8; cfr. Co. 33,6

(3) Bu. 65,8

(4) Co. 66,1-2

(5) *ib.*

(6) Co. 48,1-2

(7) Bu. 57,8,6

\_\_\_\_\_  
\*

(a) Meria ;

Item, ad ostendendum hoc idem, scilicet quod fuit homo facinorosus et pessimus, quod<sup>a</sup> fecit quod suis tradidit leges immundissimas et abhominabiles, de quibus infra dicetur, in tractatu de lege, quam tradidit.

Tertio. Caruit tertio signo, quod requiritur in propheta, maxime in latore legis, quod miracula faciat, sicut fuit de Christo et Moyse. Non fecit enim Mahometus miracula.

Dicitur enim in libro, qui vocatur Ciar, quod arabes diversarum nacionum miserunt pro Machometo, et petiverunt ab eo miracula, dicentes: Tu scis, quod habemus strictam valde civitatem, et parum de aquis, et parum de victualibus, et ideo vitam artam. Si ergo es propheta et nuncius Dei, pete pro nobis ad Dominum Deum tuum, qui misit te, quod removeat a nobis istos montes, qui constringunt nos, et amplificet nobis terram nostram, et det nobis riuos, ut sunt riuus terre orientalis, et resuscites nobis aliquem de patribus nostris, et sic vnus de illis Cozar, qui fuit senex verax, et interrogabimus eum de hoc, quod dicis, vtrum verum sit an falsum. Et si dixerint te esse veracem, et feceris quod dicimus, credemus tibi, et sciemus quod Deus misit te, sicut dicis. Respondit eis Mahometus: Non sum vobis missus cum miracula. Item dixerunt ei: ex quo hoc non facis nobis, accipe tibi ipsi, et pete a Domino Deo tuo, quod mittat te cum angelum, qui ostendat te esse veracem super hoc, quod dicis, et respondeat nobis per te; et pete a Deo tuo, quod det tibi palacia et diuicias, et sic dicet te de hoc, quod videmus te petere. Tu enim vadis per fora, et aquiris victum tuum, sicut et nos, et sic cognoscemus gratiam tuam, si es nuncius Dei, sicut dicis. Respondit Mahometus; istud non faciam. Non sum ego ille qui petat a Deo suo istud, et non sum vobis missus cum hoc. Sed Deus misit me annunciantem et premonentem. Item dixerunt: O Mahomete, nonne sciebat Deus tuus, quod sederemus tecum et interrogaremus a te illud cum quo venisti ad nos, et peteremus quod petimus? Quare non preuenit te, ut doceret te quid responderes nobis, ex quo non recipiebamus a te illud, cum quo venisti ad nos? Iam peruenit ad nos, quod quidam homo de Armenia, qui dicitur Ramen, docet te hoc quod dicis, et nos per Deum nunquam credimus illi Ramen. Tunc recessit Mahometus tristis, rediens ad suos<sup>(1)</sup>.

\* \* \*

(1) Sir. 187-190

\*

(a) facit

154ra Item/ in Alchorano dicitur, in tractatu Ascensus, quod arabes pecierunt a Mahometo similia, et addiderunt dicentes ei, quod faceret celum cadere super eos, vt dixerat se facturum. Qui respondit, quod non erat nisi homo nuncius, quasi diceret: *facere non possum quod petitis*<sup>(1)</sup>.

Item dicitur in libro, qui vocatur Bohari, in tractatu Fidei, quod Mahometus dixit: *Non fuit aliquis propheta, cui non sit datum facere miracula, propter quod homines credebant ei, sed istud quod michi datum est, fuit inspiracio, quam Deus inspirauit michi*<sup>(2)</sup>. Et sic expresse dicit, quod non erat ei datum facere miracula.

Si autem aliquis dicit quod ad [nutum]<sup>a</sup> eius et preceptum luna scissa fuit in duas partes, et vna pars cecidit super vnum montem, et alia super alium, et quod una pars intrauit per vnam manicam ipsius, et alia per aliam, sicut fabulose asserunt aliqui sarraceni<sup>(3)</sup>, potest rationabiliter responderi, quod dictum illud per Alchoranum non potest probari, cum in tractatu Lune, vbi de hoc agitur, de [nutu]<sup>b</sup> vel precepto vel aliis supradictis nichil dicatur, sed hoc solum, quod *dies iudicii appropinquauit, et Luna scissa est*<sup>(4)</sup>. Quod recte intelligentes non potest aliud videri, nisi si hoc aliquando fieri deberet, fieret in die iudicii, quod innuitur, cum dicitur vel promittitur in auctoritate: *apropinquauerit dies iudicii* et postea subditur : *et Luna scissa est*. Et cum nondum venerit dies iudicii, constat quod nec Luna scissa est, nec miraculum factum. Et hunc sensum approbat et confirmat [Caafi]<sup>(5)</sup><sup>d</sup> glosator/ Alchorani<sup>(6)</sup>, super predictum locum. Hoc etiam ratio-  
nabile valde est, cum Luna, secundum omnes astrologos, maxima sit, et etiam legitur Mahometus dixisse, quod Luna est occies maior Terra, quauis et hoc falsum sit, quia terra est quidem maior Luna. Luna, cum maxima est, impossibile igitur et incredibile est ac ridiculosum, quod vna pars Lune cecidit super unum montem,

\* \* \*

(1) Co. 17,92/90-96/94

(2) Bu. 116,1; cfr. Co. 17,94-95; Sir. 188-189

(3) cfr. Bu. 33,36; 61,27; 64,11; Mus. 180,903

(4) Co. 54,1

(5) cfr. TCM

(6) cfr. TCM

\*

(a) nuncium; (b) motu; (c) Taali

qui est minima pars terre, et alia super alium, et multo magis incredibile et im-  
possibile de manica.

Quia cum Luna sit manifesta toti mundo, vtpote qui ab omnibus viuentibus, et  
totum mundum illuminat, si talis divisio Lune facta fuisset, manifestum fuisset  
omnibus gentibus, et multi, et maxime astrologi, hoc scripsissent, et communi re-  
lacione populorum sibi per generaciones succedencium, ad nostri temporis noticiam  
peruenisset, sicut factum est in diluio, et multis aliis factis, que contiguerunt  
in mundo. Quod neque in scriptis alicubi reperitur nec habetur ex relatione gentium qua-  
rumcunque.

Quantum signum prophete, est quod lex quam asserit, sit sancta et bona lex,  
atque quam Mahometus dedit est immunda, nociua et mala et, per consequens, nec  
fuit a Deo creatore, nec a propheta uel nuncio eius, vt manifeste patet per leges,  
quas tradidit, que sunt iste:

*Super matrimonio et mulieribus.*

Dicitur in Alchorano, in tractatu Mulierum, in principio: *Contrahatis matri-*  
*monia cum mulieribus, que placebunt vobis, et possunt esse bine et terne et qua-*  
*terne. Et si timueritis quod non possitis omnibus sufficere equaliter, ducite*  
154va *vnam, aut habeatis de mulieribus, quas/ possedit dextera vestra, hoc est, concu-*  
*binas de ancillis, quas possent habere vel emere*<sup>(1)</sup>. Et secundum hanc legem, qui-  
libet saracenus potest habere III<sup>or</sup> vxores et vnam concubinam, vel X, vel centum,  
vel amplius, si potuerit et voluerit. Hec autem lex est contra ius diuinum et con-  
tra jus naturale et rationis, ut alibi patet.

*Lex super repudio.*

In Alchorano, in tractatu Vacce: *Repudium vxorum vestrarum licet vobis bis*<sup>(2)</sup>  
et infra: *et si aliquis repudiaverit vxorem suam tercio, non licet ei reducere*  
*eam, quousque vxor cognoscatur ab alio viro*<sup>(3)</sup>. Et secundum hanc legem, potest  
saracenus dimittere vxorem suam sine omni causa. Quod quam sit inconueniens, pa-  
tet quia est contra legem diuinam, [contra]<sup>a</sup> jus naturale, contra rationem.

\* \* \*

(1) Co. 4,3

(2) Co. 2,229

(3) Co. 2,230

—————  
\*

(a) quod

*Lex cognoscendi mulieres.*

Dicit in Alchorano, in tractatu Vaçce: *mulieres vestre sunt aracio vestra; ergo intrate aracionem vestram quocunque modo volueritis*<sup>[1]</sup>. Ubi dicit glosa saracenorum: *quocunque modo, id est, ante et retro*<sup>[2]</sup>. Hanc autem detestabilem turpitudinem, quilibet sani intellectus videt contra rationem esse, tum quia est blasphemia dicere, quod Deus mundicie et puritatis talem legem dare iusserit, cum ipsa bruta talia non presumant, nullo tamen [homine]<sup>a</sup> docente, sed natura ducente; tum quia lex naturale hoc testatur, vt patet in brutis, vt dictum est, tum <quia> hec est via et occasio ad perpetrandum illud vitium, propter quod venit ira Dei in filios diffidentie, tum quia per hoc impeditur bonum prolis, quod est vnum de principalibus bonis matrimonii.

*Lex super conductione mulierum.*

Dicitur in libro, qui vocatur Muzlim, quod Mahometus concessit suis [quod pos 154vb sent]<sup>b</sup> conducere/ mulieres ad cognoscendas eas vsque ad certum terminum, et tunc ipsas dimittere pro voluntate sua<sup>(3)</sup>. Et ista lex durauit tempore vite sue, nec in morte revocauit eam. Que lex, quantum sit contra mandatum Dei et reipublice utilitatem, patet omni sapienti.

*Lex de effusione seminis extra vas debitum.*

Concessit Mahometus suis quod possent iacere cum mulieribus, ita quod effunderent semen extra vas debitum. Et super hoc sunt multe hystorie et dicta Mahometi in [libris qui vocantur]<sup>c</sup> Muzlim et Bohari<sup>(4)</sup> | Quantus<sup>d</sup> sit contra legem Dei et boni prolis patet intuenti.

*Lex de modo comedendi.*

Dicitur in libro, qui vocatur Muzlim, in tractatu Ciborum, quod Mahometus mandasset suis, quod lamberent digitos et parapsidem<sup>(5)</sup>. Et dicitur alibi, quod ipse dixisse: *quando comederit aliquis vestrum, non tergat manum suam, quousque lambat aut sugat eam, aut lambat eam ei aliquis*<sup>(6)</sup>. Et ipse Mahometus lambebat

\* \* \*

(1) Co. 2,223

(2) cfr. TCM

(3) Mu. 141,3247

(4) Mu. 560,3371; Bu. 67,96; cfr. ib. 82,3

(5) Mu. 5037

(6) Mu. 846,5043; cfr. ib. 846,5037-5038

\*

(a) homini; (b) qui possunt; (c) libro qui vocatur; (d) Quantus si

sibi manus, antequam ipsam tergeret. Hoc autem immundum et bestiale, ac ridiculosum est.

*Lex super rapinis.*

Dicitur in libro, qui vocatur Bohari, quod Mahometus dixit suis: *Deus concessit vobis rapinas* (1). Item alibi: *Deus licenciavit vobis rapinas* (2). Vidit enim debilitatem vestram et defectum vestrum, et licenciavit eas vobis. Hoc est contra preceptum Dei et legem naturale.

*Lex super transgressione juramenti.*

155ra Dicitur in Alchorano, in tractatu Mense, sic: *non reprehendet vos/ Deus de juramentis que nodastis seu affirmastis. Satisfaccio periurii est vt pascatis X pauperes de illo cibo, quo pascitis familiam vestram mediocrem, vel quod induatis eos, aut redimatis unum captivum. Et qui potest, ieiunet tres dies* (3). Hec est satisfaccio juramentorum suorum uxorum. Secundum hoc, si saracenus jurat, potest licite contravenire, si satisfacit modo predicto. Et ipse Mahometus sic fecit super facto Merie et concubine, vt habetur in Alchorano, in tractatu Prohibiciones, capitulo I. Juraverat enim eam non cognoscere, et postea cognouit, contra suum juramentum (4). Et per hunc modum dedit causam hominibus [perjurandi]<sup>a</sup>, quod est contra preceptum Dei. Vnde dicitur in libro Bohari, quod Axa dixisse, in tractatu Expositionis Alchorani, quod pater eius periuravit, quousque venit lex satisfaccionis juramenti (5).

*Lex contra illud non concupisces.*

Dicitur in libro Bohari, in tractatu Redempcionis, quod Mahometus dixit: *Deus dimittit pertransire populo meo peccatum cordis, dum tamen non perveniat ad opus vel ad sermonem* (6). Quod est dicere, quod pro peccato cordis non punietur saracenus. Quod est contra illud: *non concupisces* (7), et illud: *qui viderit mulierum, etc.* (8).

\* \* \*

(1) Bu. 57,8,6

(2) Bu. 57,8,6

(3) Co. 5,91/89

(4) Co. 66,2

(5) Bu. 65,8,2

(6) citação não identificada; cfr. TCM

(7) Mt. 5,27

(8) ib. 5,28

.....  
\*  
.....

(a) de rerandi



*Lex super peccato sodomitico.*

Dixit Mahometus, in tractatu *Mulierum*, capitulo 11: *Contra mulieres vestras, que committunt facinus inter se, inducatis quatuor testes ex vobis. Et si testificati fuerint super hoc, retinete eas in domibus] quousque moriantur aut Deus ponat eis aliquam viam, hoc est, quod det eis aliquod consilium. Et si reperti fuerint aliqui vestrum committentes inter se id facinus, arguit eos, et reprehendite* (1). Super ista auctoritate, dicit Glossarius (2), quod probatio huius sceleris inter mulieres non potest compelli, nisi per quatuor testes, qui ad hoc probandum sunt necessarii, vt videant tantum scelus. Cum igitur dicat homines per hoc scelus solum arguendos, non adiecta alia pena, ostendit quod istud peccatum non [reputabit] <sup>a</sup> magnum, cum tamen sit gravissimum et horrendum. Ex hoc ergo, quia talem legem dedit occasionem dedit suis, vt sine timore et verecundia perpetrarent hoc scelus. Et principaliter in mulieribus magis agrauavit quam in viris. Dicatur contra hanc immundissimam legem sic: aut scelus hoc est graue, aut leue. Si grauer, sic leuiter pertransiuit cum viris: Si leue, cur tam grauer, iudicauit mulieres pro hoc scelere perimendas?

Et [postquam] <sup>b</sup> mulieres talia perpetrantes, testes quatuor aduocabunt, vt coram ipsis talia committere presumant. Quasi idem fuit dicere, quod non possent conuinci nisi per quatuor testes, atsi dixisset viuere faciant sicut volunt.

Patet igitur, quod leges, quas Mahometus tradidit saracenis, sunt immundissime et pessime, et per consequens, a Deo bono purissimo non [emanantur] <sup>c</sup>, et quod [talium legum predictarum] <sup>d</sup> non fuit Dei nuncius ymo dyaboli, qui est omnis spurcicie et malicie procurator. Sic ergo de veris dicitur: *a fructibus eorum cognoscetis eos* (3).

\* \* \*

(1) *Co.* 4, 19/15 - 20/16; cfr. *ib.* 24, 4 e 13

(2) cfr. *TCM*

(3) *Mt.* 7,15

\_\_\_\_\_\*

(a) reputabit; (b) priusquam (c) emanantur; (d) tales leges predictas

155va Nunc agendum est contra saracenos/, super eo quod dicunt libros Veteris et Noui Testamenti esse corruptos et imutatos.

Dicitur igitur saraceno, sic: Tu credis Alchoranum et librum tuum esse integrum et non corruptum nec mutatum, ex eo quod credis illum, qui tradidit eum saracenis fuisse veracem. Et similiter credis eos, qui receperunt [scriptum]<sup>a</sup> et scripserunt et publicauerunt eum fuisse [veraces]<sup>b</sup>. Et dicis quod ex quo liber talis fuit sic publicatus, corrumpi non potuit, tum quia Deus conseruat librum et opus suum, tum quia homines sapientes uel insipientes, tot et tam diversi, non possent conuenire ad destrundum et corrumpendum librum, quem credunt esse a Deo.

Sapientes enim hoc non facerent, quia sapientia eorum eos ab hoc prohiberet. Insipientes non possent, quia nescirent. Et si aliquando fuisset factum, non fuisset occultatum; ymo fuisset aliquomodo scitum. Sed eadem ratio, et fortiter, est ex parte Evangelii; ergo de similibus idem iudicium erit.

Certum est enim, per libros christianorum et saracenorum, quod Christus fuit verax, et habuit apostolos et discipulos, qui fuerunt veraces, et receperunt Evangelium a Christo et mandatum, vt ipsum predicarent universo mundo, quod fecerunt. Et propter conscientiam evangelizandi fuerunt occisi. Vnde liber talis, per totum mundum diulgatus fuit, prius et magnis et multitudine prouinciarum et regionum. Receptus fuit a sapientibus et prudentibus, a principibus et ab omni genere hominum, et a iudeis multis, et ab ydolatriis, et non potuit corrumpi, tum quia Deus  
155vb conseruauit eum tum quia/ tot, et tanti, et tales fuerunt, quod receperunt eum, quod non potuissent, nec possent conuenire ad corrumpendum eum, vel ad destruendum. Et idem dicendum est de libris Moysi et prophetarum, qui fuerunt et sunt in tot nationes et populos recepti, et diulgati, et multiplicati.

Patet autem super hoc contra saracenus argumentum per Alchoranum. Sic dicitur in Alchorano, in capitulo Mense, quod cum iudei postulauerunt iudicium ab Hebi-horeyra, quem posuerat Mahometus iudicem, vt iudicaret inter homines, et ille diceret eis: *non iudico inter vos, donec interrogem Mahometum*, et iuisset ad Mahometum, ad interrogandum eum, respondit Mahometus: *Deus misit me in facto iudeorum*. Et dixit: *Si venerint ad te, iudica inter eos, aut auertere ab eis. Non nocebunt tibi in aliquid. Et si iudicaueris inter eos, iudica iuste, quia Deus diligit iuste indicantes* (1).

\* \* \*

(1) Co. 5,46/42-47/43

\_\_\_\_\_\*

(a) scriptus; (b) veracem

Et quando venient ad iudicium tuum, cum apud eos sit Lex, et in ipsa est iudicium Dei. Hic testatus est Mahometus, quod tempore suo Lex erat apud judeos, in qua erat iudicium Dei. Vnde, ex hoc patet quod remansit incorrupta, quia si fuisset corrupta, verum Dei iudicium non contineret.

Item dicitur in Alchorano, in tractatu Higer, in persona Dei loquente: *Non fecimus descendere memoriale, et sumus eius custodes* (1). Vocat autem Legem et Evangelium memoriale Dei. Et dicunt Saraceni, quod cum ipse Deus custodiat, non 156ra est corruptum, alioquin non/ esset Deus fidelis custos, quod absit.

Item in eodem capitulo V: *Non est mutacio in verbo Dei, sed verbum Dei est Lex Moysi et Evangelium* (2). Ergo non sunt mutata.

In tractatu Vacce, in fine secunde distincionis, [dicitur]<sup>a</sup>: *credimus Deum, et id quod missum fuit nobis, et quod missum fuit Abrahe et Ysmaheli et Ysaac et Jacob et tribubus, et id quod fuit datum Moysi et Jesu, et id quod fuit datum prophetis a Domino suo; et non separamus inter aliquos ex ipsis* (3). Ecce in hiis verbis est mandatum saracenis, vt credant Legem, et Prophetas, et Evangelium Jesu Christi, et quod non faciant differenciam inter aliquem Prophetarum. Cum igitur dictum sit, quod credant omnia supra dicta, vt Deus mandaret credi corrupta, non erant corrupta, sed vera et incorrupta.

Item in V capitulo, circa finem: *dedimus librum Moysi complementum ei, qui bonum facit, et discrecionem in omni re*, [dircencionem et]<sup>b</sup> *miserencordiam* (4). Sed corrupta lex non dirigit, sed pocius facit errare; ergo Lex Moysi non est corrupta.

Item in capitulo VII, in tractatu Mense: *Donec statueritis Legem et Euangelium, in nichilo estis* (5). Ibi loquitur Deus christianis et judeis, vt dicunt saraceni.

\* \* \*

(1) Co. 15,9

(2) Co. 5,50/46

(3) Co. 2,130/136

(4) Co. 6,155/154

(5) Co. 5,72/68

\_\_\_\_\_\*

(a) dicite; (b) discrecionem in

Item in eodem capitulo V, introducit Deum loquentem, et dicentem de Jesu: Nos dedimus ei, scilicet Jesu, Euangelium, in quo est directio et lumen. Ergo, etc. (1).

156rb Si quis vero dicat (2), quod in hoc sunt corrupti libri, quod nomen Mahometi est inde amotum, respondemus: non est causa quare hoc factum fuisset/, quia si bonus erat futurus, vtile erat sciri nomen eius, et cum venisset ille bonus nuncius Dei reciperetur, sicut fuit de Johanne Baptista, de cuius aduentu prophete predicauerunt, et sicut predictum est de Enoch et Helya, quorum aduentus predictus est; qui erunt in fine mundi; per quod Iudei in fine mundi converterentur. Si vero malus futurus erat, necesse fuit nomen eius sciri, vt caveretur et vitaretur eius doctrina, sicut scriptum est de Anticristo, et omnibus eius, et miraculis falsis, que ostendet, vt sicut non est ablatum nomen Anticristi, nec nomen Dyaboli, sic nec nomen Mahometi inde fuisset amotum, si ibi fuisset scriptum. Ideo friuola est excusacio.

Item Christus, qui est veritas, in pluribus locis nominauit, et induxit Legem Mosaycam, et aliorum prophetarum libros, ex quo ostenditur, quod illi libri non erant corrupti.

Item, in multis locis, arguit Christus Iudeos, quod preteribant Legem, et quod appetebant laudes et honores, et quod erant ypocrite. Et de multis aliis viciis reprehendit eos. Unde, si Legem mutassent vel corrumpissent, de hoc maxime reprehendisset eos. Ymmo ostendit eam esse integram et incorruptam, vbi dicit: Non veni Legem soluere, sed adimplere. Amen quippe dico vobis: donec transeat celum et terra, iota unum aut vnus apex non preteriet, etc. (3). Et in Luca XXI: Celum et terra transibunt; verba autem mea non preteribunt (4). [Ex] hoc apparet quod Lex incorrupta manserat apud Iudeos.

156va Item, sicut legitur/ in ystoriis, Ptolomeus, rex Egypti librorum cupidus, ad quinquaginta milia libros congregavit, et audiens quod apud Iudeos erat Lex ex ore Dei data, misit de Iudeis captiuos, qui erant in regno suo, Eleazaro summo

\* \* \*

(1) Co. 5,50/46

(2) cfr. TCM

(3) Mt. 5,17-18

(4) Lc. 21,33

\*

(a) Et

pontifici judeorum, ut ei mitteret judeos sapientes in hebraea et Greca lingua, cum Lege Dei, vt transferrent eam in linguam Grecam. Quod et factum est ante tempora Christi, et ista translacio remansit apud Grecos. Vnde et si judei voluissent Legem mutare vel corrumpere, veritas remansisset apud plures gentes, et ipsos de mutatione possent arguere. Et ita est de Evangelio, quia in tot ydiomatibus habetur, et habebatur ante Mahometum, et postquam gentes non possent congregari ad mutacionem illam faciendam, cum inter se differant in linguarum diversitate et morum, et in diversis mundi partibus habitent, quarum multe distant ab invicem valde, et si factum fuisset, non potuissent [latere]<sup>a</sup>.

Et emulacio est inter Christianos et Judeos, specialiter de scripturis, et ideo nec corrupcionem quam fecissent Judei silerent christiani, nec de mutacione et corrupcione christianorum silerent judei. Ymmo valde concordant in Scripturis Legis et Prophetarum, quantum ad textum, christiani et judei, quanvis quoad quasdam expositiones discordent.

Preterea Evangelium est complecio Legis et Prophetarum. Lex enim et Prophete fuerunt figura Evangelii. Unde Lex et Prophete continentur in Evangelio, et Evangelium in Lege et Prophetis. Ideo dixit Eze (chiel) id est, quod rota erat in medio rote (1). Si ergo Lex/ fuisset corrupta, discordaret ab Evangelio. Et si Evangelium fuisset corruptum, discordaret a Lege. Cum ergo concordent, patet quod ne trum est corruptum.

Item cuilibet magis credendum est in sua scientia, quam alteri. Stultum enim esset magis credere medico de agricultura, et agricole de medicina. Qua ergo temeritate volunt saraceni, vt de Evangelio magis credatur eis, quam christianis, qui professionem Evangelii per continuam christiani successionem ab inicio tenuerunt. Evangelium enim nostrum est et a fidelibus scriptum, et a prophetis preconizatum; a miraculis confirmatum in mirabilibus, et martirum passionibus nobilissime testificatum, quos nec mors nec gladius potuit ab Evangelio separare.

Preterea si Alchoranus, vel vnus liber gramaticæ, qui est in unalingua non potest corrumpi, quomodo Evangelium, quod fuit scriptum in diversis linguis, potuit corrumpi?

\* \* \*

(1) Ez. 1,16

\_\_\_\_\_\*

(a) latuisse;

Probatur in auctoritatibus Sacre Scripture, quod nec judei corrumperunt Legem nec christiani Eyangelium, Dicitur Deuter(onomio) IIII: Non[addeti]<sup>a</sup> ad verbum quod vobis loquor, nec auferetis ex eo (1).

Item Salomon, Prov(erbiis) 30: Omnis sermo Dei ignitus, clipeus est sperantibus in se. Nec addas quiddquam verbis illius, et arguaris inueniarisque mendax(2).

Item Apoc(alipsi), ultimo: Si quis apposuerit ad hoc, apponet Deus super illum plagas scriptas in libro isto. Et si quis diminuerit de verbis libri Prophetie huius, / auferet Deus partem eius de libro vite, et de civitate sancta(3). Non autem videtur quod aliquis sapiens, et maxime hominum multitudo in hoc conveniret, quod contra iste auderet aliquid immutare in libris sanctis.

Si quis vero dicat quod Nabuchodonosor [combussit]<sup>b</sup> libros Legis et Prophetarum, hoc ostenditur esse falsum per gesta filiorum Israel. Nam, vt habetur <IV> Reg(um) XIX, Salmanasar, Rex Assionorum, cepit terram filiorum Israel, et transtulit eos in terram Assioriorum, et posuit colonos de Babilone in civitatibus Samarie. Et cum essent ibi, seruebant ydolis. Et misit Deus leones, qui occidebant eos, et nunciatum est regi Assiriorum, quod perirent coloni eius, quia [ignorabant]<sup>c</sup> legitimam Dei terram. Et misit vnum de sacerdotibus israel cum lege Moysi, et iste docuit gentes illas legem Dei. Et licet colerent Deum Israel, colebant enim ydola, iuxta ritum gentis sue. Vnde Lex Moysi permansit apud eos, et predictus Salmanasar fuit ante Nabuchodonosor per centum annos, sicut probatur ex numero annorum regum Jerusalem, qui regnaverunt ibi ab ipso usque ad Nabuchodonosor. Vnde non potest dici, quod Nabuchodonosor combusserit Legem generaliter, cum legatur destruxisse, nisi Jerusalem, quam destruxit Nabuzardam, princeps milicie eius, non in prima vice sed in secunda. Et iam tunc libri Legis erant apud Samaritas, tempore Salmanasar. Cum igitur non legatur Nabuchodonosor destruxisse / Samariam, non destruxit etiam libros Legis, qui apud Samaritas erant(4).

\* \* \*

(1) Deut. 4,2

(2) Prov. 30,5-6

(3) Apoc. 22,18-19

(4) IV Reg. 17,6 ss

\*

(a) addedis; (b) combussis; (c) ignorabat

Quando igitur primo venit Nabuchodonosor, et expugnaret Jerusalem sicut dicitur Reg. 24: *Egressus est Joachim, rex Juda, ad ipsum, de voluntate propria, et mater eius, et secundum eius, et principes eius, et suscepit eos Rex Babilonis, et transtulit eum et omne populum Jerusalem, et non reliquit ibi exceptis pauperibus populi terre et tunc non combussit Jerusalem, nec aliquid in ea*<sup>(1)</sup>. Unde satis est veri simile, quod isti, qui se reddiderunt et translati sunt pacifice, portauerunt secum libros Legis et Prophetarum et alios libros, quos habebant, sicut contigit de saracenis, qui expulsi sunt de Oriente et Occidenteyspanie. Qui secum de libris suis quos voluerunt, portauerunt.

In secunda vice, quando captus fuit Sedechias rex, et [exoculatus]<sup>a</sup>, Nabuzardan, princeps regis Babilonis, destruxit muros Jerusalem, et combussit domos, sed non legitur aliquem librum combussisse. Et tunc, beneplacito principis, remansit Jeremias propheta cum populo judeorum, qui remansit ad colendam terram<sup>(2)</sup>. Plures autem de maioribus translati sunt de Jerusalem et de partibus illis in Babilonem, et tunc civitates eorum non fuerunt combuste nec destructe, ut habetur Jer(emie) XL<sup>(3)</sup>. Et est omnino visibile, quod tam cum transmigrantibus, quam cum populo, cum quo remansit Jeremias, fuerunt libri Legis et Prophetarum. In Daniele etiam legitur, quod iudei habebant iudices de iudeis, qui eos iudicabant secundum Legem suam. 157va Unde ibi dicitur primum, quod fecerunt duobus/ senibus, [qui]<sup>b</sup> male egerunt adversus proximam, dicendo contra eam falsum testimonium et interfecerunt eos, ut facerent secundum Legem Moysi<sup>(4)</sup>.

Item Esdre VII, dicitur quod *Esdras ascendit de Babilone; et ipse velox [scriba]<sup>c</sup> in Lege Domini, quam dedit Dominus Deus Israel*<sup>(5)</sup>. Et infra: *Esdras autem*

\* \* \*

(1) *ib.*, 24,12 ss

(2) *ib.*, 25,7 ss

(3) *Jer.* 40,1 ss

(4) *Dan.* 13,5 ss

(5) *I Esd.* 7,6

\*

(a) ex oculatus; (b) sic; (c) scribi

paravit cor suum, ut inuestigaret Legem Domini, et faceret et doceret in Israel preceptum et iudicium (1).

Item: Arthaxerses, rex regum, Esdre, sacerdoti, scribe Legis Dei celi doctissimo, salutem (...). A facie regis et VII consiliariorum eius missus es ut visites Judeam et Jerusalem in lege Dei tui que est in manu tua (2). Et Neem(mo) VIII: Dixerunt Esdre, scribe, vt auferret librum Legis Moysi (...) Attulit ergo Esdras Legem coram multitudine varorum et mulierum, cunctisque qui poterant intelligere (3). Ex his patet quod Lex permansit apud Judeos, siue in captiuitate, [siue] a post captiuitatem. Unde in secundo Machabeorum, II capitulo, dicitur de Neemia, quod [construens] b bibliotecam, congregauit de regionibus libros Prophetarum et David et epistolas regum (4).

Quod autem saraceni dicunt, quod nomen Mahometi scriptum fuit in Abacuc III: Deus ab austro veniet et sanctus de monte Pharam, (5) non potest convenire ei, quia nec Deus nec sanctus fuit, sed peccator et immundus, vt patet supra, in ystoriiis et gestis eius, vt venit de monte Pharam, ymmo de monte Meche, qui mons dicitur [Tayquiyam] c, sicut dicitur in libro Hayn (6). Nam Pharam, quem iactauit esse monte Meche, est in introitu terre promissionis, sicut habetur Numeris XIII (7).

157vb Meche vero distat a terra promissionis/ itinere mensis unius, et ultra. Prophetia illa de Christo est, vt patet ex precedencia et sequencia.

Item non potest stare, sicut dicunt saraceni, quod Christus dixit de Mahometo in Evangelio, vbi promisit discipulis Paraclitum, volentes intelligere per Paraclitum d Mahometum, quem promisit Deus apostolis, Jo(ane) XIII, dicens: Paraclitus scilicet Spiritus Sanctus, quem mitet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia etc. (8). Mahometus autem non venit tempore Apostolorum, nec est Spiritus Sanctus,

\* \* \*

(1) *ib.* 7,10

(2) *ib.* 7,12-14

(3) *Neem.* 8,1-2

(4) *II Mac.* 2,13

(5) *Abac.* 3,2

(6) *cfr. TCM*, p.

(7) *Num.* 13,27

(8) *Jo.* 14,26

\*

(a) *iteravit* siue; (b) *cum scenses* (?); (c) *Cayquiam* (?) (d) *Paraclito*



nec Deus, sicut de Paraclito dicitur,

.i. Quod Mahumeth dici uel credi propheta non debeat his de causis. .ii. Quod raptor fuerit, istudque ex sequentibus comprobatur. .iii. Quod homicida insuper et parricida multorum fuerit. .iiii. Quod proditor fuerit, incautos et dormientes sepe iugulans. .v. Quod adulter nefandus extiterit, adulteria perpetrare sibi a Deo concessum in Alchorano suo dicens.<sup>1</sup> .vi. Quod insuper rem sodomiticam atque turpissimam docuerit, praecipiens in Alchorano suo, et uelut ex persona Dei sic loquens: "O uiri, mulieres uobis subiectas, ex quacumque parte uobis placuerit perarate."<sup>2</sup> .vii. Quod se pissime in Alchorano suo sibimet contrarius sit, modo, modo negans affirmans illud

D 117 vi

<sup>1</sup>Cf. Cor. 33:49.

<sup>2</sup>Cor. 2:22<sub>3</sub>, A 3<sub>3</sub> ius

idem quod ante negavit. .viii. Quod legislationem eius nulla miracula commendauerunt, cum Moyses antiquae legislator et Christus Noui Testamenti conditor multis et magnis miraculis, leges quas dederunt diuinas et sanctas esse firmauerint.

#### Capitula libri tercii.

.i. Quod Mahumeth miracula facere non potuisse ex supradicta eius nefanda uita probatur. .ii. Quod ipse in Alchorano suo fateatur signa sibi a Deo data non esse <sup>3</sup>. .iii. Quam friuola immo quam nulla sit ratio quam ibi praetendit, quare scilicet miracula non faciat, introducens Deum sic sibi loquentem: "Nisi sciremus eos tibi non credituros, daremus tibi signa et prodigia." <sup>4</sup>. .iiii. Quod inde etiam sibi contrarius sit, quando et prophetam se nominat, et tamen signa sibi data non esse affirmat, cum prophetia maximum sit. .v. Quod necesse sit eum in altero horum duorum mentiri, quia si propheta fuit signa prophetica accaepit, si signa non accaepit propheta non fuit. .vi. Quod lux ut fabula geniturae et nutriturae ipsius habet, <sup>5</sup> inclusa costis Aadae, in deque costis Noae et sic per successiones usque ad ipsum nulla unquam fuerit, sed est omnium risu dignissima. .vii. Quod eum praedixisse dicunt successuros sibi in regno, primo Abubarcharum, secundo Aomar, tertio Odmen, quarto Hali, et quaedam alia, falsum esse monstratur, ex ipsius hystorici qui hoc refert relatione. <sup>6</sup>. .viii. Quod rursus prophetam eum esse non potuisse ex Aeuangelio Christi cui ex aliqua parte credunt, comprobetur.

#### Capitula libri quartii.

.i. Quod uerba Domini dicentis in Aeuangelio, "Lex et prophetae usque ad Iohannem", <sup>7</sup> non de omnibus prophetis dicta sunt, sed de illis tan

<sup>3</sup> Cf. Cor. 6: 45, A 49<sup>rd</sup>.

<sup>4</sup> Cor. I 7: 61, A I 53<sup>rd-vs</sup>

<sup>5</sup> i.e. Liber generationis Mahumet, A IIrs et seq.

<sup>6</sup> Fabulae Saracenorum, A 8rs-vs.

<sup>7</sup> Luc. I6:16.



tum qui uniuersalem mundi salutem quae per Christum facta est, ante Christum praedixerunt. .ii. Qvod et post Iohannem uel Christum alii prophetae fuerunt uel forte futuri sunt, qui non illa magna et singulariter salutem humanam operantia, sed quaedam proprie gentes, terræ, uel personas pertinentia prophético spiritu praedixerunt uel fortassis praedicturi sunt, quorum exempla multa tenemus. .iii. Quod nec de istis nec de illis Mahumet fuerit, qui nec salutem quae per Christum facta est, cum longe post Christum fuerit praedixit, nec aliqua saltem minima ad prophetiam pertinentia dixit. .iiii. Quod istud ex Alchorano eius ostenditur, in quo nichil prorsus propheticum scripsit, cum nulla hoc habeat ratio eum scilicet aliquid alicubi propheticè dixisse, [D. 178rs] et hoc in illa sua iuxta illum sublimi et sola scriptura tacuisse, ubi cum se prophetam dicat, nulla tamen prophetica narrat. .v. Quod tota scriptura Mahumeth nichil aliud sit quam feres horridae, et reliquiae fetidae heresum ante quingentos quam ipse nasceretur annos ab uniuersali sacrosancta totius orbis aeccl<sup>esi</sup>a damnatarum atque sepultarum, maxime autem Manicheorum et apocriphorum scriptorum, precipueque Thalmuth execrandi libri Iudeorum, quas scilicet Sarraceni hereses quia ueraces hystorias et gesta aeccl<sup>esi</sup>astica non legunt nec legere sciunt, nec ipsa tempora nec ipsas hereses fuisse aliquando audierunt, et ideo istum Sathanan quasi mira et noua dicentem, animales et miseri suscaeperunt. .v. Exhortatio et admonitio ut saltem hoc ultimo tempore quando iam finis saeculi prope est, ad ueram et sanctam Christianitatem ueniant, diaboli fabulas et deliramenta respuentes, atque in crucem Christi et mortem, in qua sola uera et tota hominum salus est, per sacri baptismatis ablutionem credentes.

Ap. JAMES KRITZECK, *Peter the Venerable*, Princeton, 1965, pp. 217-219.

ANEXO 13

De diuerfitate errancium a uia ueritatis fidei <sup>(1)</sup>

*(Pugio Fidei, I,1)*

Uiam uerae fidei ac ueritatis errancium turba licet quodammo-  
do sit incomprehensibilis, et infinita, potest tamen quodammodo sub du-  
plici distinctione concludi. Quicumque enim a fidei ueritate exorbitant,  
uel sunt habentes legem, uel minime legem naturalem habentes.

II. Porro qui non habent legem, quanquam et ii sint infiniti,  
ad trinam tamen divisionem satis possunt reduci, sunt namque uel tempo-  
rales, uel naturales, uel philosophi, et qui eorum ymaginem repraesentant.

III. Denique legem habentes, uel sibi legis uocabulum arrogantes,  
aut sunt Iudaei, uel Christiani, uel Saraceni.

IV. Temporales autem Epicurei, seu Carnales, a plerisque uocantur eo quod sint sequaces Epicuri, quem philosophi Porcum nominauerunt: Hic enim corporis uoluptatem summum esse bonum asseruit, et Deum esse negavit *ut ait Algazel in libro, qui dicitur Almonkid min Addalel. Cui consentire uidetur, quod Papias his uerbis dicit: Epicurus uoluptatem corporis summum bonum asserebat, nulla etiam providentia instructum esse mundum dicebat; nec non omnia constare corporibus; animam uero nihil esse, nisi corpus dicebat: Haec Papias de Epicuro . Cuius insaniam David non tacuit inquiens: Dixit nabal id est stultus in corde suo, non est Deus. Quales uero sequaces iste habeat ostenditur, cum subiungitur: corrupti sunt studio uel opere; non est faciens bonum. Tu ergo audiens ista signa, diligenter eisdem signis denigratos aduerte, et raros sub celo inuenies, quos cum Epicureis, et temporalibus computare non possis.*

*De Naturalibus*

Porro Naturales *ut ait Algazel in libro qui eripit ab errore,* quidam dicti sunt, qui sensibilia contemplantes, ut est dispositio plumarum in uolatilibus; scamarum, et pennularum in piscibus; florum, ac foliorum, fructuum, et granorum in herbis et arboribus; ossium, nervorum,

venarum, arteriarum, atque membrorum in animalium, et maxime hominum corporibus deinde horum omnium proprietates, colores, sapes odores, et pulchritudinem intuentes, in quibusdam autem vitam, in quibusdam vero vitam simul et sensum tactus; in aliis omnes sensus is est visum, auditum, odoratum, gustum, et tactum et astutias, industriasque stupendas considerantes, tot mirabilia reperiunt, quod Deum esse fateri compulsi sunt; sed ulterius gradientes ac simillimos homines ceteris animalibus fere in omnibus aduertentes, animamque rationalem in pluribus complexionem sui corporis subsequentem ad destructionem complexionis corporis omnimodum destructionem anime rationalis arbitrati sunt. *Hæc Algazel.* Quorum personam Salomon assumens istius modi eorum considerationem, et ipsam credulitatem iis uerbis exprimit, dicens: Quoniam contingens filiorum Ade, et contingens ipsius bestie, utique contingens unum est eis; sicut mors istius, sic mors istius: et spiritus unus eis, et amplius ipse homo quam bestia non habet, quia totum est vanitas<sup>(2)</sup>.

VI. Hanc impiam istorum credulitatem, quam in persona eorum Salomo, sic recitat multi ex eis uerbis, omnes vero moribus et operibus pessimis asseruerunt et impudenter: ad quam necessario sequitur nec praemium justis nec poenam impiis restare post mortem. *Quas ob res, uero ait Algazel ubi supra: Destructa fide in cordibus ipsorum dissolvitur frenum timoris Dei de capite illorum sequunturque concupiscencias suas more irrationabilium bestiarum in omne flagitium et facinus irruentes et immergentes se in omnem fedtatem et uoluptatem, dummodo absque arbitris et testibus valeat perpetrari.* Sub hac uero secta non solum literatorum sed et rusticorum et omnium aliorum mundi hominum infinita millia millium includuntur. Si quis uero tales ignorabat, opera singulorum requirat: teste siquidem Christo non potest arbor bona fructus malos facere, nec conuerso: et ideo a fructibus, id est ab operibus iussit quosque cognosci. Impiorum igitur nobis incredulitatem etiam ipsis tacentibus opera mala produunt. Naturaliter enim, ut ait quidam Sapiens, fugitur quod timetur et queritur quod amatur.

Si ergo in alia uita propter scelera aeterna poena, aeterna que miseria, puniendos se crederent scelerati, profecto nunc fugerent scelera, quemadmodum ait Poeta: "Impiger extremos currit mercator ad Indos. Per mare pauperiem fugiens, per saxa, per ignes".

Porro e contrario si propter uirtutum opera felicitatem sine fine se adepturos sperarent, uirtutibus utique operam non segniter darent, et ut cum exultatione in posterum meterent, nunc libenter etiam cum lacrymis seminarent. Agricola quippe propter modicum quod habet fidei, non quidem utilius frumenti, quod seminavit, recuperet millesies tantum, uel et centuplum, sed ut saltem decuplum, solis ardoribus in estate patienter uritur, hieme uero longanimiter frigoribus infestatur, stimulo boues agitat, aratro saepius terram sulcat, plurimisque aliis laboribus invictus affligitur, nouando sibi noualia denique ob fidem ejusmodi frumentum optimum iacit super faciem terre; deinde id sepelit uelut stultus nebulae, atque grandinis uredine, ac ficcitatibus, uel accidentis alterius periculo non obstante. Sic nimirum si Naturales et Epicuram beatam ac miseram vitam pro singulorum meritis futuram sibi crederent post praesentem aevadendam miseram, et obtinendam beatam rotis utique nisibus [anhelarent]. Naturaliter enim, ut dictum est, fugimus quod horremus, et querimus quod amamus, nemo quidem potest diligere, uel odire, quod esse non credit. Ex defectu ergo fidei procedunt atque procedunt omnia mala mundi.

VII. In hac autem injuria rationalis anima [teste Algazel in tractatu de ruina philosophorum], Galenum medicum patitur principalem, qui eam posuit esse complexionem: sed cum eam immortalem Deo dante probabimus, tunc Galenus cum maxima Naturalium & phisicorum turba apparebit falsiloquus.

VIII. Philosophi denique sunt, qui (ut ait Algazel in libro qui ab eo vocatus est Almonquid min Addaleb, id est, qui eripit ab errore) contra premissos, Naturales scilicet, et Epicuram, rationibus strenue pugnaverunt, et eorum perfidiam uiriliter repulerunt, probantes Deum esse; et animam rationalem nunquam interire et voluptates corporis non esse summum bonum. Quorum famosissimi fuerunt novissimi uidelicet Socrates, qui fuit magister Platoni, Plato, qui fuit magister Aristotelis, et Aristoteles, qui primatum optinet super omnes. Ipse quippe priorum scientias, et maxime logicam ad debitum ordinem congruumque reduxit, ab aliquibus dicta et uel superflue, uel fantastice plurima resecavit. Reprehensus autem aliquando cur magistrum suum in contradicendo ei reuerentus non fuisset respondit: Plato et ueritas sunt duo amici mihi carissimi, ueritas tamen semper est mihi Platone carior.

IX. Hic tamen, cum omnibus suis sequacibus, ut sunt Avicenna, et Alfarabius, in tribus repertus est hereticus, videlicet in eo, quod mundum eternum, id est semper fuisse, et fore praesumpsit asserere: et Deum particularia ignorare, et solum universalia, ut sunt genera, et species scire, et [futuram] corporum resurrectionem non esse, sed tantum spiritualem poenam impiis, et felicitatem iustis restare post mortem. Hucusque ex dictis Algazelis.

Praemissis autem erroribus non habentium legem probabitur in sequenti capitulo [Deum] esse, contra Epicurarios.

- (1) Transcrição do manuscrito n. 1405 da Biblioteca de S. Genoveva, de Paris. Os textos em itálico vem em glosa no original.
- (2) Em glosa, o texto em hebraico.

UM ESQUEMA DE DIÁLOGO RELIGIOSO SEGUNDO RAIMUNDO MARTÍ

do *Pugio Fidei*, III Parte, Capítulo VI (1)

CAPVT SEXTUM

Fol. 407.

Ubi est alius modus persuadendi, & loquendi de Trinitate.

SUMMA

- |                                                        |                                                            |
|--------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------|
| I. Dei nomen interdum pro una persona accipitur.       | IV. <i>resp De Deo dictum.</i>                             |
| II. Modus probandi Deum habere sapientiam ex se natam. | V. <i>Genus de quo dicitur.</i>                            |
| III. <i>patet significat Pedagogum.</i>                | VI. <i>Sapientia Dei ante creaturas.</i>                   |
|                                                        | VII. <i>Deus, &amp; sapientia eius non sunt nisi Unum.</i> |

Sicut ipsa veritas docet nos, Dominus videlicet Jesus Christus, hoc nomen Deus quandoque particulariter sumitur, ut ubi Judæis dixit Iohann. 8. v. 42. *Ego ex Deo processi, & veni*, Hoc etiam modo ab Apostolo Paulo sumitur in Epistola ad Rom. cap. 8. v. 31. *Si Deus, inquit, pro nobis qui contra nos: qui etiam proprio filio non pepercit, &c.* In his enim locis, & in aliis quam plurimis non potest, nec debet intelligi hoc nomen, nisi de solo Patre.

S f f :

II. Hoc

(1) No final do capítulo anterior escreveu: *Si cui vero modus quem ego disputando sive persuadendo, Judæis, et Sarracenis, mysterium Trinitatis semper tenui, magis placuerit, legat sequens Capitulum.*







### 510 PUGIONIS FIDEI

*suas intellectione conspicuntur.* Ob hanc quoque rem dicit *Esaias cap. 40. vers. 36.*  
 לָמַחַן מִן הַשָּׁמַיִם וְרָאָה מִן הָאָרֶץ *Levato sursum oculos vestros, & videte*  
*quis creavit haec, vel cum qui creavit haec.* Magnitudo enim creaturarum ducit  
 nos ad Dei potentiam: ordo verò, & pulchritudo ad ejus sapientiam: boni-  
 tas autem, gubernatio, atque conservatio ad benignitatem. Quando au-  
 tem hæc possessio fuerit, ostendit cum subdit, *Ante opera sua, id est antequam*  
*aliquid produceret de non esse ad Esse.* Quod verò sequitur *אֲנִי דְּנִוְנָה*  
*idem secundum eos quod ante tunc, id est ante tempus, vel ex tunc, id est,*  
*etiam ex tunc.* Hebræi enim frequentissime hanc copulam non ponunt (7)  
 sed subintelligunt, ut *Habac. ult. vers. 11.* שֶׁשָׁשׁ יָרָה עֵצָה וְכִלְיָהּ *Sol Luna*  
*stetit in habitaculo, id est Sol & Luna.* Quod vero rursus subjungitur *מֵעַד*  
*à saculo, sive de saculo dominificata sum, &c sensus est, Ante saculum, sic enim*  
*sumitur de, apud eos frequenter, ut Esaiæ 43. v. 12. & 13.* וְאֵת עֲרֵי נִחַם  
 וְאֵת הַיָּם וְאֵת הָאָרֶץ *Vos testes mihi, dicit Dominum, & ego Deus de*  
*die quoque ego sum, id est ante diem, secundum eos, ego sum.* Vel à saculo, id  
 est ab eterno, sicut & *Psal. 90. v. 2.* אֶרֶץ וְחִבְרֹן אֶרֶץ וְחִבְרֹן  
 אֶרֶץ וְחִבְרֹן *Antequam montes signerentur, & parturiretur ter-*  
*ra, & orbis, & de saculo, & usque in saculum tu Deus.* Deinde subditur, *In mundum abyssi;*  
*i. e. cū adhuc nondū essent abyssi, i. e. primordialis materię chaos, vel aquarū*  
*& terræ profunditates: & ante. ol. et, i. e. ante omnem creaturā* וְיִלְדֵי *Genita sum*  
*sive parta, ut sæpe dictum est.* Item uti sapientia in præmissis de Deo di-  
 cit, *Et eram juxta vel - pnd cum* וְיָרָה *præsens tempus dicit æqua-*  
 liter, atque futurum, sicut & omnia verba illa præsentia apud Hebræos, &  
 apud Arabes: cumque adjungitur ei litera Vau cum virgula inferius, ut fit  
 hic cum dicitur וְיָרָה *facit ipsum tempus significare præteritum.* Cum  
 igitur dicit וְיָרָה *& sui sive eram juxta ipsum, datur per tale verbum*  
 iintelligi, quod quandoque significat tempus præsens, quandoque futu-  
 rum, quandoq; præteritum, quod hæc à Deo genita, parta, sive nata sapien-  
 tia tanquam lumen de lumine nunquam non fuit apud Deum, & semper  
 est in eo & cum eo. & erit in æternum.

*Quid sit  
abyssi?*

VII. His omnibus sic præmissis reducantur eadem in rationis ordi-  
 nem, & dicatur Judæis, sive Judæis. Cum Christiani istam Dei sapientiam  
 quam Deus non aliunde, sed ex seipso generavit ab æterno, vel peperit, ut  
 præostensum est, & quam possedit, & habuit, antequam aliquid faceret,  
 וְיָרָה *principium in quo, vel per quod, aut cum quo creavit coelum, & ter-*  
 rain. & ut paulo superius paragrapho III. per scripturam apud eos valde au-  
 thenticam probatum est: cum istam, inquam, Dei sapientiam illam eandem  
 credant esse firmissime quia idem effectus in Scriptura de utraque narratur, de  
 qua supra capitulo quinto ex libro Sanhedrin est dictum quod sapientia quæ  
 ædificavit domum, id est, mundum istum est וְיָרָה *middab, id est proprietas*  
 Dei; & Deum & istam de se natam sapientiam non duo *principia* (וְיָרָה)  
 nec duos dicunt esse Deos, vel creatores, sed Unum principium, & Unum De-  
 um: sic quemlibet sapientem, & sapientiam ejus non duos reputant homines  
 esse, sed unum. Rursus etiam cum Spiritum sanctum ejusdem credant esse,  
 וְיָרָה *id est Essentia cum Deo, & ista sapientia, & simul cum utroque actorum*  
 mundi fuisse ut *Tobi 33. v. 4.* innuitur ubi *Eliabu ait, Spiritum Dei fecit me, ut supra*  
 capitulo quarto habitum fuit: cum omnia, inquam, ista, ut crediderunt An-  
 tiqui sic credant Christiani fidem eorum, & sanctorum antiquorum eandem  
 esse omnino, ut antè diximus, manifestum est.

**QUOD LIBRI VETERIS ET NOVI TESTAMENTI SUNT INTEGRI ET INCORRUPTI (1)**

2<sup>v</sup> Igitur, quod libri sint integri et incorrupti, / potest ostendi per auctori-  
tates; quoniam nullus auderet mutare, vel diminuere, vel addere in veteri vel no-  
vo testamento, quoniam super hoc habetur prohibitio et etiam maledicto. Unde Moy-  
ses *Deuteronomii* IV: Non addetis ad verbum, quod vobis loquor, nec auferetis ex  
eo. Item Salomon in *Proverbiis* XXX, V: Omnis sermo Dei ignitus clipeus est speran-  
tibus in se; ne addas quicquam verbis illius, et arguaris, inveniariusque mendax.  
Item Johannes in *Apocalypsis* ultimo: Si quis apposuerit ad hoc, apponet Deus su-  
per illum plagas scriptas in libro isto. Et si quis diminuerit de verbis libri pro-  
phetie huius auferet Deus partem eius de libro vite et de civitate sancta. Non au-  
tem videtur quod aliquis esset ita presumptuosus, quod contra ista auderet aliquid  
mutare in libris sanctis. Si quis vero dicat quod Nabuchodonosor combussit libros  
legis et prophetarum, hoc ostenditur esse falsum per gesta filiorum Israel. Nam,  
sicut habetur in *IIII libro Regum* XVII., Salmanasar, rex Assiriorum terras filio-  
rum Israel et transtulit filios Israel de terra sua ad terram Assiriorum  
et posuit eos in civitatibus Medorum et adduxit de Babilone et de aliis locis ter-  
re sue colonos et collocavit eos in civitatibus Samarie pro filiis Israel. Et cum  
ibi habitare cepissent non timebant Deum, cum essent ydolatre; unde immisit Deus  
in eos leones, qui interficiebant eos. Et nunciatum est regi Assiriorum quod peri-  
rent coloni eius, quia ignorabant legitima Dei terre. Et misit rex unum de sacer-  
dotibus Israel et etiam legem Moysi, sicut dicitur in *ystoriis*. Et iste habitavit  
3 in Bethel et docebat gentes illas / legitima Dei Israel. Ipsi tamen, licet colerent  
Deum Israel, colebant etiam ydola sua unusquisque iuxta ritum gentis sue. Unde lex  
Moysi permansit apud eos. Et predictus Salmanasar rex Assiriorum fuit ante Nabu-  
chodonosor C. annis, sicut probatur ex numero annorum regum, qui regnaverunt in  
Jherusalem ab ipso Salmanasar usque ad Nabuchodonosor. Verum non potest dici quod  
ipse Nabuchodonosor combusserit legem generaliter, cum non legatur destruxisse ni-  
si Jherusalem, quam quidem destruxit Nabuzardan princeps militie eius, non in pri-  
ma vice, sed in secunda, sicut infra dicetur. Et tunc iam libri legis erant apud  
Samaritas tempore Salmanasar regis, qui fuit ante Nabuchodonosor c. annis, ut dictum  
est. Cum ergo non legatur destruxisse Salmanasar, non destruxit etiam libros le-  
gis, qui apud Samaritas erant. Quando igitur primo venit Nabuchodonosor, ut expu-  
gnaret Jherusalem, sicut dicitur in predicto libro *Regum* XXIIII: egressus est Ioa-  
chim rex Juda ad ipsum de voluntate propria et mater eius et servi eius et prin-  
cipes eius, et suscepit eum et suos rex Babilonis et transtulit eum et omnem po-  
pulum Iherusalem XVII milia, et non reliquit ibi, exceptis pauperibus populi terre.

Et tunc non destruxit Jherusalem nec combussit aliquid in ea. Unde satis videtur verum, quod isti, qui se reddiderunt et translati sunt in pace, portaverunt secum libros legis et prophetarum et alios libros, quos habebant, sicut contigit in Saracenis, qui expulsi sunt de Oriente et Occidente Yspanie, qui secum de libris suis, quos voluerunt, portaverunt.

"In secunda vero vice, quando captus fuit Sedechias rex Jherusalem et exco<sup>u</sup>latus, Nabuzardan, princeps regis Babilonis, destruxit muros Jherusalem et combussit domos; sed non legitur aliquem librum combussisse. Et tunc, de beneplacito principis, remansit Iheremias propheta cum populo iudeorum, qui remansit ad colendam terram. Populares vero de maioribus et divitibus translati sunt etiam tunc in Babilonem, non tantum de Jherusalem, sed etiam de aliis civitatibus Judee, que non fuerunt combuste, nec destructe, ut habetur *Iheremie* XI. Et est verisimile quod tam apud transmigrantes, quam apud populum, cum quo remansit Jheremias propheta, fuerunt libri legis et prophetarum. In *Daniele* etiam legitur XIII quod iudei habebant iudices de iudeis, qui eos iudicabant secundum legem suam. Unde ibi legitur quod fecerunt duobus senibus, sicut male egerant adversus proximam, dicendo contra eam falsum testimonium, et ideo interfecerunt eos, ut facerent secundum legem Moysi. Item in I<sup>o</sup> *Esdre* VII.a: Ipse Esdras ascendit de Babilone et ipse velox scriba in lege Domini, quam dedit Dominus Deus Israel. Et *infra*: Esdras autem paravit cor suum, ut investigaret legem Domini et faceret et doceret in Israel preceptum et iudicium. Item Artaxerses rex regum Esdre sacerdoti scribe legis Dei celsissimo salutem. A facie regis et VII. consiliariorum eius missus es, ut visites Judam et Jherusalem/ in lege Dei tui, que est in manu tua. Et in *Neemia* VIII<sup>o</sup> a: Dixerunt Esdre scribe, ut afferret librum legis Moysi, quod preceperat Dominus Moysi. Attulit ergo Esdras sacerdos legem coram multitudine virorum ac mulierum cunctisque, qui poterant intelligere.

"Ecce per ista patet quod lex permansit apud iudeos, sive in captivitate sive post captivitatem. Unde in II<sup>o</sup> *libro Machabeorum* II<sup>o</sup> dicitur de Neemia, quod construens bibliotecam, congregavit de regionibus libros et prophetarum et David et epistolas regum".

"Item Dominus in Evangelio *Matthei* XXIII. a: Super Katedram Moysi sederunt scribe et pharisei; omnia ergo, que dixerint vobis, conservate et facite; secundum vero opera eorum, nolite facere. Et in capitulo, ubi hec dixit arguit eos de appetitu laudis et honoris et de ypocrisi et de aliis viciis, que erant in ipsis. Unde si legem mutassent in aliquo, magis eos de hoc redarguisset Sed ipsemet ostendit legem integram esse, ubi dicit *Matthei* V. Non veni legem solvere aut prophetas, sed adimplere. Amen quippe dico vobis, donec transeat celum et terra, iota

unum aut unus apex non preteribit a lege, donec omnia fiant. Et *Luce XXI*: Celum et terra transibunt, verba autem mea non transient. Ex hoc apparet quod lex incorrupta permanserat apud iudeos.

4<sup>v</sup> Item, sicut habetur in *ystoria*, Ptolomeus, rex Egipti, librærum cupidus usque ad L. milia libros congregavit. Qui cum audisset quod apud iudeos esset lex ore Dei edita, misit de iudeis captivis, qui erant in regno suo CXX. milia et munera magna auri et argenti Eleazaro summo pontifici iudeorum, ut sibi mitteret iudeos sapientes in ebraea et greca lingua cum lege Dei, qui ad ~~eam~~ transferendam in grecum sufficerent. Unde predictus pontifex misit sibi LXX. seniores peritos utriusque lingue, qui legem et prophetas transtulerunt. Et hoc fuit per magnum tempus ante Christum. Et ista translatio remansit apud grecos. Unde, etiam si voluissent iudei aliquid mutare, nichilominus veritas translationis remansisset apud duas gentes diversas ab ipsis, qui ipsos arguere possent de mutatione. Postmodum vero tempore apostolorum Christi, cum predictæ gentes et alii recepissent fidem Christi receperunt et Evangelium ab ipsis apostolis et ab aliis discipulis, qui predicaverunt eis iuxta mandatum Christi, *Matthei* ultimo: Euntes in mundum universum predicare Evangelium omni creature; et hoc in diversis ydiomatibus. Unde iste gentes non possent congregari de finibus mundi ad mutandum Evangelium, cum inter se sint diverse moribus et linguis et sub diversis principibus et regnis, et si factum fuisset, non potuisset latere. Item, emulatio est inter christianos et iudeos specialiter de scripturis; et ideo, nec corruptionem iudeorum silerent christiani, nec corruptionem christianorum occultarent iudei. Cum autem sint discordes, circa intellectum scripturarum, constat quod ad corruptionem scripturarum non poterunt concordare. Cum igitur utrique concordent in lege Moysi et prophetis, constat legem Moysi et prophetas non esse corruptos.

"Item, Evangelium est completio legis et prophetarum, et lex et prophete fuerunt figura Evangelii. Unde lex et prophete continentur in Evangelio et Evangelium in lege et prophetis; propter quod dicit *Ezechiel* I<sup>o</sup> quod rota erat in medio rote. Si ergo Evangelium fuisset corruptum discordaret a lege et prophetis, et si lex et prophete corrupti fuissent, similiter ab Evangelio discordarent. Cum ergo perfecte concordent ad invicem, sicut patet habentibus rectum intellectum scripture; manifestum est, quod tam vetus, quam novum testamentum sine corruptione et mutatione remanserunt.

"Item, cuilibet magis credendum est in sua scientia vel in arte. Stultum, enim, esset magis credere medico de agricultura et agricole de medicina. Qua ergo temeritate volunt *sarraceni*, quod ipsis, vel domino suo, qui ignoraverunt Evangelium Christi, de ipso Evangelio magis credatur, quam christianis, qui professionem Evan

geli per successionem temporum continuam ab inicio tenuerunt? Nostrum quidem Evan-  
gelium, non solum a fidelibus testibus conscriptum est, verum multitudine prophe-  
5<sup>v</sup> tarum veridicorum et concorditer adventum Christi preconizantium roboratur nec non  
et miraculis quam plurimis supra naturam et martyrum multitudine copiosa, quos nec  
mors, nec gladius, aut tribulatio quecunque potuit a fide Evangelii separare. Unde,  
si quis temptasset Evangelium mutare, tam zelo fidelium et devotione, quam libro-  
rum veterum collatione, quam diversorum codicum apud diversas nationes attestatio-  
ne confutaretur.

Preterea si Alcoranus vel unus liber gramatice, qui est in una lingua, non po-  
test corrumpi; quomodo Evangelium, quod fuit scriptum in diversis linguis, potuis-  
set universaliter corrumpi? Quod ergo recipiunt pro se de incorruptione Alcorani,  
vel alterius libri, oportet eos necessario recipere contra se de incorruptione le-  
gis et Evangelii; quia de similibus idem est iudicium<sup>u</sup>. Et quia validius est argu-  
mentum ab hoste sumptum, sicut dicitur in Alcorano in c. *apostolorum*, apostoli,  
qui fuerunt cum Christo, sancti fuerunt et veraces; unde certum est quod, tale  
predicaverunt Evangelium et scripserunt, quale ab ipso Christo docti fuerunt; alio-  
quin veraces non fuissent.

Quod vero lex et Evangelium sint incorrupta, potest ostendi per *Alcoranum*;  
unde in capitulo *Jone* dictum fuit Machometo secundum dictum suum sic: Si fueris in  
dubio de eo quod misimus super te, interroga eos, qui legunt librum prius quam tu.  
Sed constat quod Deus, vel Gabriel, qui, ut ipse dicit, loquebatur ei, non dice-  
6 bant igitur ut interrogaret falsarios, sed veraces, qui legebant librum secundum  
veritatem, non secundum mutationem, que inducit falsitatem. Unde per hoc ostendi-  
tur quod libri Evangelii et Legis erant incorrupti; quia illi qui legebant librum  
prius, quam ipse esset, erant iudei veraces et christiani, a quibus, secundum man-  
datum Domini, debebat requirere veritatem.

Item, in cap. *mense*, quando iudei postulaverunt iudicium ab Ebi-horeyra, quem  
posuerat Machometus iudicem, ut iudicaret inter homines, et ille diceret eis: Non  
iudico inter vos, donec interrogem Machometum; et ille ivisset ad Machometum et  
interrogasset eum, respondit Machometus et dixit: Deus misit super me in facto iu-  
deorum, et dixit: Si venerint ad te, iudica inter eos, aut avertere ab eis, et si  
avertaris ab eis, non nocebunt tibi in aliquo. Et si iudicaveris inter eos, iudica  
iuste; quia Deus diligit iuste iudicantes. Et quando venient ad iudicium tuum et  
apud eos est lex et in ipsa est iudicium Dei. Et ecce hic testatus est Machometus,  
quia tempore suo lex erat apud iudeos, in qua erat iudicium Dei; unde ex hoc patet  
quod remanserat incorrupta; quia, si corrupta fuisset, verum iudicium Dei non conti-  
neret.

"Item, in cap. *Hygr*, introducit Deum sibi loquentem. Nos demissus (sic) memoriale et sumus eius custodes. Vocat autem legem et Evangelium memoriale Dei, ut dicunt sarraceni. Quod, cum ipse Deus custodiat, non est corruptum; alioquin non esset Deus fidelis custos, quod absit.

"Item, in cap. V: Non est mutatio verbo Dei; sed verbum Dei est lex et Evangelium. Cum ergo verbo Dei non sit mutatio, lex et Evangelium non sunt mutata.

"Item in cap. *Vace*, in fine secunde distinctionis dicitur: Credimus Deum et id, quod fuit missum nobis, et, quod fuit missum Abrahe et Ysmaeli et Ysaach et Yacob et tribubus, et id, quod fuit datum Moysi et Yhesu, et id, quod fuit datum prophetis a Domino suo, et non separamus inter aliquem ex ipsis. Ecce in hiis verbis mandatur sarraceni ut credant legem et prophetas et Evangelium Yhesu Christi et quod non faciant differentiam inter aliquem prophetarum; et ita de necessitate oportet eos credere legem et prophetas et Evangelium. Cum ergo dictum sit eis, quod credant omnia supradicta, nec Deus mandaret credi corrupta, nec erant corrupta, sed vera et incorrupta.

"Item in V. cap. circa finem. Dedimus librum Moysy complementum ei, qui benefecit et discretionem in omni re et directionem et misericordiam; sed corrupta lex non dirigit, sed potius facit errare; ergo lex Moysi non est corrupta.

"Item in cap. ... (sic): Donec statueritis legem et Evangelium, in nichilo estis. Ibi loquitur Dominus christianis et iudeis, ut dicunt sarraceni. Sed cum Deus bonum consulat et malum dissuadeat, hoc eis non dixisset, si lex et Evangelium corrupta fuissent; ergo incorrupta sunt lex et Evangelium apud christianos et iudeos".

"Item in *c. Jone* introducunt Deum dicentem de Jhesu: Nos dedimus ei, scilicet Jhesu, Evangelium, in quo est directio et lumen. Sed, si Evangelium corruptum fuisset, non dixisset Deus in eo esse directionem et lumen, sed potius et falsitatem. Unde constat Evangelium esse verum et incorruptum".

Item, non videtur rationabile, nec verisimile, quod christiani vel iudei corruerint, vel mutaverint libros suos, in quibus est eis tradita a Deo forma vivendi et spes salutis; cum pagani poete non mutaverint libros suos, in quibus fabule et manifesti continentur errores, sicut in eorum libris adhuc hodie invenitur. Unde astutia dyaboli suggestum videtur et hominum etiam malicia hoc firmavit ad fulcimentum sui erroris, ut libros sacros non legerent et corruptos assererent, ne, manifestato errore ipsorum, per veritatem sacrorum librorum a suis erroribus averterentur. Et hec astucia posita est in Alcorano, ubi dicitur in cap. *Vace*: Nolite interrogare quid egerunt priores, eis facta sua, vobis vestra, subaudi, sufficiant. Cum tamen in cap. *Jone* dicatur: Si fueris in dubio de eo,

quod misimus super te, interroga eos, qui legunt librum antequam tu; ubi mandatum est ei in dubiis interrogare priores.

"Si quis vero dicat, quod in hoc sunt corrupti libri, quod nomen Machometi  
7<sup>v</sup> est inde amotum, respondemus, quod non est causa, quare nomen eius amoveretur; quia si bonus erat futurus, utile erat sciri nomen eius, ut, cum venisset, sicut bonus et de quo iam prophetarum erat, reciperetur; sicut contigit in Johanne Babtista precursore Christi, de cuius adventu prophetaverunt Ysayas et Malachias. Item, si  
8 sicut scriptum est etiam de Helia et Enoch, quorum adventus in fine mundi predictus est in veteri et in novo testamento, per quos iudei in fine mundi convertentur. Si vero malus futurus erat, necesse fuit similiter sciri nomen eius et mores, ut cum veniret, per huius noticiam caveretur ab eo; sicut scriptum est de antichristo et de moribus eius, et de seductione, et de falsis miraculis, que facturus est; ut per ista iam scripta, cum venerit, cognoscatur et a fidelibus caveatur. Unde, sicut non est ablatum nomen antichristi, nec nomen dyaboli de libris; eodem modo nec nomen Machometi inde fuisset ablatum, si ibi fuisset scriptum. Unde esset frivola excusatio, que assumitur in defensione mendacii et erroris. Quod autem dicunt pro se nomen eius scriptum fuisse in libro *Abacuch* prophete c. III. Deus ab austro venit, et sanctus de monte Faran, non potest convenire Machometo; quia nec Deus fuit, nec sanctus, sed potius peccator et immundus. Fuit enim luxuriosus et raptor bonorum alienorum, et interfector hominum sine iusticia; sicut colligitur ex ystoriis et gestis de eo scriptis, nec venit de monte Faran, imo de monte Meche; nam mons Meche, unde ipse fuit oriundus dicitur Cayquiyā; sicut dicitur in libro *Ayci*. Nam Pharan, quem iactant esse montem Meche, est in introitu terre promissionis; sicut habetur ex tertio libro *Moyse* c. XIII<sup>9</sup> Mecha vero distat a terra promissionis per longa terrarum spacia, itinere mensis unius et ultra. Prophetia vero predicta verius Christo convenit; sicut patet per precedentia et sequentia.

"Item, quod dicunt quod Christus predixit de Machometo in Evangelio, ubi promisit mittere discipulis paraclitum, volentes intelligere, per paraclitum Machometum, hoc non potest stare; quoniam, *Johannis* XIII., promisit et dedit paraclitum apostolis, quorum tempore non venit Machometus, dicens: Paraclitus autem Spiritus Sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia. Unde cum Paraclitus sit Spiritus Sanctus, qui docuit apostolos omnia, non convenit Machometo, ut dicatur Paraclitus; cum nec Spiritus Sanctus fuerit, qui est Deus, nec apostolos docuerit.

"Item, paraclitus idem est quod consolator, quod Machometus non fuit; imo desolator, quia venit cum gladio cogens homines ad suscipiendam suam sectam, quod tamen Deus facere voluit, cum hominem liberum creaverit, et sue voluntatis; nec ali-

quis propheta vel iustus hoc attemptaverit unquam; sicut patet legentibus gesta antiquorum.

"Item Spiritus Sanctus non videtur ab hominibus mundanis, nec scitur ab eis. Unde, *Johannis XIII*. Ego rogabo Patrem et alium paraclitum dabit vobis, ut maneat vobiscum in eternum, Spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere; quia non vidit eum nec scit eum; vos autem cognoscetis eum, quia apud vos manebit et 8<sup>v</sup> in vobis erit. Ecce per ista, que hic dicuntur, patet manifeste, quod nullo modo potest dici Machometus Paraclitus, cum non fuerit datus apostolis. Inter illos enim et ipsum fluxerunt prope DC. anni, nec fuerit consolator, sed potius desolator, nec fuerit Spiritus Sanctus, qui videri non potest, sed potius corporalis et visibilis".

Ostensa igitur veritate et sinceritate librorum, ad explanationem simboli redeamus.



ANEXO 16

A EXISTÊNCIA DE DEUS SEGUNDO RAIMUNDO MARTÍ E S. TOMÁS

(TEXTOS PARALELOS)

RAIMUNDO MARTÍ

*Quod Deus est*  
(Caput secundum)

"Deum esse, videtur quibusdam in demonstrabile, eo quod demonstrationis principia a sensu originem sumunt, ut in libro *Posteriorum* ostenditur.

Ea ergo quae omnem sensum, et sensibilia excedunt, indemonstrabilia esse videntur. Huiusmodi autem Deum esse ergo certum indemonstrabilis.

Vel ex eo etiam, quod sumendo principium ad demonstrandum *an res est*, secundum artem Philosophi, oportet accipere pro medio, quid significet eiusdem rei nomen.

S. TOMÁS DE AQUINO

*De opinione dicentium quod Deum esse demonstrari non potest sed sola fide tenetur*

Est autem quaedam aliorum opinio praedictae positioni contraria, per quam etiam inutilis redderetur conatus probare intendentium Deum esse. Dicunt enim quod Deum esse non potest per rationem inveniri, sed per solam viam fidei et revelationis est acceptum.

Ad hoc autem dicendum moti sunt quidam propter debilitatem rationum quas aliqui inducebant ad probandum Deum esse.

Posset tamen hic error fulcimentum aliquod falso sibi assumere ex quorundam philosophorum dictis qui ostendunt in Deo idem esse essentiam et esse, scilicet id quod respondetur ad *quid est*, et ad quaestionem *an est*. Via autem rationis perveniri non potest ut sciatur de Deo quid est. Unde nec ratione videtur posse demonstrari an Deus sit.

Item. Si principium ad demonstrandum *an est*, secundum artem Philosophi oportet accipere quid significet nomen; ratio vero significata per nomen est definitio, secundum Philosophum,

RAIMUNDO MARTÍ

Ratio vero significata per nomen est definitio secundum Philosophum in 4 Metaphisice. Nulla remanebit igitur via ad probandum demonstrative Deum esse, remota Divine Essentie, sive quidditatis cognitione. Hoc autem impossibile est scire. Unde Damascenus de Deo quid est, dicere secundum substantiam impossibile est. Idem est autem in Deo, ut probant philosophi. Essentia et quidditas eius et esse. Ea igitur ratione qua impossibile est per viam rationis scire de Deo quid est, videtur impossibile demonstrative posse probari quod sit.

S. TOMÁS DE AQUINO

in IV Metaph.; nulla remanebit via ad demonstrandum Deum esse, remota divinae essentiae vel quidditatis cognitione.

Item. Si demonstrationis principia a sensu cognitionis originem sumunt, ut in *Posterioribus* ostenditur, ea quae omnem sensum et sensibilia excedunt, videntur indemonstrabilia esse. Huiusmodi autem est Deum esse. Est igitur indemonstrabile.

Huius sententiae falsitas nobis ostenditur, tum ex demonstrationis arte, quae ex effectibus causas concludere docet. - Tum ex ipso scientiarum ordine. Nam, si non sit aliqua scibilis substantia supra substantiam sensibilem, non erit aliqua scientia supra Naturalem, ut dicitur in IV Metaph.. - Tum ex philosophorum studio, qui Deum esse demonstrare conati sunt. Tum etiam Apostolica veritate asserante, Rom 1,20: Invisibilia Dei per ea quae facta sunt intellecta conspiciuntur.

Nec hoc debet movere, quod in Deo idem est essentia et esse, ut prima ratio proponebat. Nam hoc intelligitur de esse quo Deus in seipso subsistit, quod nobis quale sit ignotum est, sicut eius essentia. Non autem intelligitur de esse quod significat compositionem intellectus. Sic enim esse Deum sub demonstratione cadit, dum ex rationibus demonstrativis mens

RAIMUNDO MARTÍ

Responsio ad primum: quod licet Deus cuncta sensibilia et ipsum etiam sensum excedat, tamen effectus Dei, vel operationes, ex quibus demonstratio sive probatio sumitur ad probandum Deum esse, sensibiles sunt, et sic nostre cognitionis origo, qua Deum esse cognoscimus per sensum; et in sensu, est etiam de iis quae sensum nostrum excedunt.

Ad secundum dicendum quod in rationibus, quibus probatur Deum esse, non oportet accipere pro medio Divinam Essentiam, seu quidditatem; sed loco quidditatis vel Essentie accipitur pro medio effectus Dei, vel opus, sicut fit in demonstrationibus *quia*. Hoc autem consensum est philosophiae, que optime et rationabiliter ex suis effectibus causas concludere docet.

*Prima ratio quod Deus est*

Probatur ergo quod Deus est: primo ratione cause efficientis. Invenimus enim in istis sensibilibus esse ordinem causarum efficientium, nec tamen invenitur nec est possibile quod aliquid sit causa efficiens sui ipsius: quia sic esset prius seipso, id est,

S. TOMÁS DE AQUINO

nostra inducitur huiusmodi propositionem de Deo formare qua exprimat Deum esse.

In rationibus autem quibus demonstratur Deum esse, non oportet assumi pro medio divinam essentiam sive quidditatem, ut secunda ratio proponebat: sed loco quidditatis accipitur pro medio effectus, sicut accidit in demonstrationibus *quia*; et ex huiusmodi effectus sumitur ratio huius nominis *Deus*. Nam omnia divina nomina imponuntur vel ex remotione effectuum divinorum ab ipso, vel ex aliqua habitudine Dei ad suos effectus.

Patet etiam ex hoc quod, etsi Deus sensibilia omnia et sensum excedat, eius tamen effectus, ex quibus demonstratio sumitur ad probandum Deum esse, sensibiles sunt. Et sic nostrae cognitiones origo in sensu est etiam de his quae sensum excedunt".

(Sc6. I, 12)

"Secunda via est ex ratione causae efficientis, Invenimus enim in istis sensibilibus esse ordinem causarum efficientium: nec tamen invenitur, nec est possibile, quod aliquis sit causa efficiens sui ipsius; quia sic esset prius seipso, quod est impossibile. Non autem est possibile:

RAIMUNDO MARTÍ

esset antequam esset, et hoc est impossibile. Deinde etiam non est possibile quod in causis efficientibus procedatur in infinitum. In omnibus enim causis efficientibus ordinatis primum est causa medii et medium causa ultimi, sive media sint plura sive unum tantum. Remota vero causa, removetur effectus. Si non fuisset igitur primum in causis efficientibus, non erit ultimum nec medium. Sed si procedatur in infinitum in causis efficientibus, non erit prima causa efficiens nec medie. Et sic non erit effectus ultimus, quod patet esse falsissimum. Ergo necesse ponere aliquam causam efficientem primam quam omnes Deum nominant.

*Secunda Ratio*

Secunda ratio talis est: omne quod movetur, ab alio movetur; patet autem sensu aliquid moveri, ut puta solem. Ergo illud aliud movetur aut non: si non movetur, habetur propositum, videlicet quod necesse est ponere aliquod movens immobile, et hoc dicimus esse Deum. Si autem movetur, ergo an alio movetur, aut ergo sequitur concatenatio, id est, processus in infinitum, aut erit devenire ad aliquod movens immobile.

S. TOMÁS DE AQUINO

quod in causis efficientibus procedatur in infinitum. Quia in omnibus causis efficientibus ordinatis, primum est causa medii, et medium est causa ultimi, sive media sint plura sive unum tantum: remota autem causa, removatur effectus: ergo, si non fuerit primum in causis efficientibus, non erit ultimum nec medium. Sed si procedatur in infinitum in causis efficientibus, non erit prima causa efficiens: et sic non erit nec effectus ultimus, nec causae efficientes mediae; quod patet esse falsum. Ergo est necesse ponere aliquam causam efficientem primam: quam omnes Deum nominant".

S. Theol., I, II, 3; cfr. Sc6., I, 13

"Primo autem ponemus rationes quibus Aristoteles procedit ad probandum Deum esse, qui hoc probare, intendit ex parte motus, duabus viis. Quarum prima talis est: Omne quod movetur ab alio movetur. Patet autem sensu aliquid moveri, ut puta solem. Ergo alio movente movetur. Aut ergo illud movens movetur, aut non. Si non movetur, ergo habemus propositum, quod necesse est ponere aliquod movens immobile, et hoc dicimus Deum. Si autem movetur, ergo

RAIMUNDO MARTÍ

Nota quod in hac ratione, que quidem ab Aristotele sumpta est, sunt due propositiones probande, videlicet quod omne motum movetur ab alio et moventibus et motis non sit "concatenatio". Nequaquam autem brevitatis hec patitur dicere qualiter ista probantur querantur itaque ubi a philosopho in 7 Physicorum sufficienter probantur.

E nota quod Algazel in libro quem vocavit Lampadem Luminum et Abenroxd in quarto Metaphysice sue in libro Algemi, id est, Congregationum, dicunt impossibile esse motorem celi stellati post quod non credidit Aristoteles aliud esse Deum, sed causam eius, id est, motoris ipsius celi. Post quem dicunt non esse aliam causam; esset enim superflua. Nihil autem superfluum in natura".

*Tertia ratio*

Tertia ratio: Impossibile est aliqua consonantia et dissonantia in unum iuxta eandem ordinem concordare semper, vel pluries, nisi regimine alicuius seu gubernatione, ex qua omnibus et singulis tribuitur tendere ad certum finem. Sed in mundo videmus res diversarum naturarum in unum

S. TOMÁS DE AQUINO

ab alio movente movetur. Aut ergo est procedere in infinitum aut est devenire ad aliquod movens immobile. Sed non est procedere in infinitum. Ergo necesse est ponere aliquod primum movens immobile.

In hac autem probatione sunt duae propositiones probandae: scilicet quod omne motum movetur ab alio, et quod in moventibus et motis non sit procedere in infinitum.

(Sc6., I, 13)

"Ad hoc etiam inducitur a Damasceno alia ratio sumpta ex rerum gubernatione: quam etiam innuit Comentator in II *Physicorum*. Et est talis. Impossibile est aliqua contraria et dissonantia in unum ordinem concordare semper vel pluries nisi alicuius gubernatione, ex qua omnibus et singulis tribuitur ut certum finem

RAÍMUNDO MARTÍ

ordinem concordare, non ut raro, et a casu, sed ut semper vel in maiori parte. Oportet ergo fore aliquem cuius providentia gubernatur mundus atque regatur; et hunc dicimus esse Deum.

*Quarta ratio*

Quarta ratio: cum anima de se dubitare non possit quoniam est, quia se esse, ignorare non potest, cogitur ex hoc credere se quavis cepisse, quoniam se non meminit semper fuisse. Ergo cum se videat initium habuisse, non potest ignorare quod habuerit initium. Ut ergo inceperit esse quod non erat, ab aliquo factum est quod iam erat. Et hoc dicimus Deum.

Ad hanc rationem intendebat ducere Propheta cum dicebat: "Scitote quoniam Dominus ipse est Deus, ipse fecit nos, et nequaquam nos".

S. TOMÁS DE AQUINO

tendant. Sed in mundo videmus res diversarum naturarum in unum ordinem concordare, non ut raro et a casu, sed ut semper vel in maiori parte. Oportet ergo esse aliquem cuius providentia mundus gubernetur. Et hoc dicimus Deum".

*Sc6. I, 13*

Tertia via est sumpta ex possibili et necessario: quae talis est. Invenimus enim in rebus quaedam quae sunt possibilia esse et non esse: cum quaedam inveniantur generari et corrumpi, et per consequens possibilia esse et non esse. Impossibile est autem omnia, quae sunt talia, semper esse: quia quod possibile est non esse, quandoque non est. Si igitur omnia sunt possibilia non esse, aliquando nihil fuit in rebus. Sed si hoc est verum, etiam nunc nihil esset; quia quod non est, non incipit esse nisi per aliquid quod est; si igitur nihil fuit ens, impossibile fuit quod aliquid incipere ret esse, et sic modo nihil esset: quod patet esse falsum. Non ergo omnia entia sunt possibilia; sed oportet aliquid esse necessarium in rebus. Omne autem necessarium vel habet causam suae necessitatis aliunde, vel non habet. Non est possibile quod procedatur in infinitum in necessariis quae habent causam suae necessitatis, sicut

RAÍMUNDO MARTÍ

S. TOMÁS DE AQUINO

nec in causis efficientibus, ut probatum est. Ergo necesse est ponere aliquid quod sit per se necessarium, non habens causam necessitatis aliunde, sed quod est causa necessitatis aliis: quod omnes dicunt Deum.

(S. Theol., I, II, 3)

*Quinta ratio*

Quinta denique ratio talis est: cum videt homo rerum magnitudinem, et immensitatem, ut celi, terre, marisque, et huiusmodi; deinde ipsorum dispositionem tam mirabilem ut stellarum in celo, plumarum in volatilibus, pilorum in quadrupedibus, florum, fructuum et foliorum in herbis et arboribus; membrorum, ossium, nervorum, ac venarum in animalium corporibus; denique utilitatem et conservationem, regimen et gubernationem tam diversorum, tamque contrariorum in nostris etiam corporibus; cum videt, inquam, homo universa haec, et alia multa huiusmodi, indicat proculdubio ratio ipsius naturali quodam indicio, aliquem esse per se infinite potentie, quem oportet esse causam tante molis, et tante magnitudinis, et infinite, sumeque Sapientie, qui est causa tam mirabilis dispositionis et ordinis et immense boni-

"Quinta via sumitur ex gubernatione rerum. Videmus enim quod aliqua quae cognitione carent, scilicet corpora naturalia, operantur propter finem quod apparet ex hoc quod semper aut frequentius eodem modo operantur, ut consequantur id quod est optimum; unde patet quod non a casu, sed ex intentione perveniunt ad finem. Ea autem quae non habent cognitionem, non tendunt in finem nisi directa ab aliquo cognoscente et intelligente, sicut sagitta a sagittante. Ergo est aliquid intelligens, a quo omnes res naturales ordinantur ad finem: et hoc dicimus Deum".

(S. Theol., I, III, 3)

RAÍMUNDO MARTÍ

S. TOMÁS DE AQUINO

tatis, seu bone voluntatis, qui est causa tam multiplicis utilitatis et conservationis. Ita profecto ratio iudicat, nisi sit delictis absorpta et infecta spurcitiis, nequitiis subversa et cecata malitiis. Hec ratione cecitatem Iudaicam Isaias Propheta volebat illuminare, cum dixit:  
Levate in excelsum oculos vestros et videte quis creavit hec.

Dicit Ioanes Damascenos: Quavis cognitio existendi Dei naturaliter sit nobis impressa, tamen in tantum pernitiiosa malitia hominum nature prevaluit, ut dicant, non esse Deum, sicut in Psalmo dicitur: Dixit insipiens in corde suo, non est Deus.

His itaque quinque rationibus quasi quibusdam Pugionis istius, quotiescunque talium palpaverit nequitia transfigatur".

(*Pugio Fidei*, Bibliot. de S. Geneveva de Paris, Ms. n. 1405, ff. 5v.-6v.)



ANEXO 17

RELATO [DA DISPUTA] DE IBN RACHĪQ COM OS MONGES  
A PROPÓSITO DA INIMITABILIDADE DO CORÃO <sup>(1)</sup>

